











080-914

ԱՐՄԵՆՈՒԹՅՈՒՆ

Լ. Յ. Զ. Ա. Ի. Ւ.

Դ. Ա. Յ. Զ.

*Hoc est:*

JOH. JOACHIMI SCHRÖDERI  
**THESAURUS**  
LINGUAE ARMENICAE,  
ANTIQUAE ET HODIERNAE,

Cum varia Praxios materia, cuius elenchem  
sequens pagella exhibit.



A M S T E L O D A M I ,

---

ANNO Aerae Chr. MDCCXI. Armenorum MCLX.

*Continentur in hoc Opere,*

- I. DISSERTATIO de Antiquitate , Fatis , Indole  
atque Usu Linguae Armenicae:
- II. GRAMMATICA & PROSODIA Antiquae  
Linguae:
- III. CONFESSIO Ecclesiae Armenicae Latine reddita ,  
& necessariis Notis illustrata :
- IV. SYNOPSIS hodiernae civilis Armenorum Linguae:
- V. DIALOGI tres de Sacris , Secularibus , & Domesti-  
cis rebus Armenorum.
- VI. EPISTOLOGRAPHIA , PRAXIS GRAMMATI-  
CA & INDICES Vocabulorum locupletissimi.



ANNO A.D. MDCCLXV. ARMENIACUM

SERENISSIMO. ET. POTENTISSIMO.  
PRINCIPI. AC. DOMINO.  
DOMINO.

# CAROLO. I.

HASSIAE. LANDGRAVIO. PRINCI-  
PI. HERSCHEFELDIAE. COMITI.  
CATTIMELIBOCI. DECIAE.  
ZIEGENHAINAE. NIDDAE.  
AC. SCHAUMBURGI.  
ETC. ETC. ETC.

PATRIAЕ. PATRI. OPTIMO.  
FIDEI. AC. LIBERTATIS. EUROPAEAE.  
VINDICI. FORTISSIMO.  
PIO. FELICI.

STUDIORUM. ET. ARTIUM.  
MAECENATI. SUMMO.

PRINCIPI. AC. DOMINO.  
MEO.  
CLEMENTISSIMO.  
SACRUM.

SERENISSIME AC POTENTISSIME  
PRINCEPS,  
DOMINE CLEMENTISSIME,

I. O. R. A. S.

HABITAS TANDEM REGIAO PRINCIPALI  
ET HERSCHEPTELLI COMITI  
CATTINERIOCI DE CIVIE  
HIC VENARIA MENDUE  
RA SCHAMMUSNER  
LITOMIC LIG  
SANTAE MARIAE ORTUM  
SCHOLARIA INGEN  
TINDICI TOTI  
SIO. EPICI  
MAGNITATE SUMMO

**Q**UOD SERENISSIMO TUO NOMINI  
has studiorum & itinerum meorum Primitias  
consecrare, & humillima piae mentis devo-  
tione offerre ausus sim, non è longinquò mihi peten-  
dae

## D E D I C A T I O.

dae sunt rationes, nec enarrandae omnes, ex rebus in pace belloque praecclare atque fortiter gestis, TIBI ac SERENISSIMAE DOMUI HASSIACAE partae Laudes, quas ad extremas Orientis & Occidentis oras jam dudum Fama velox pertulit: Majora etenim sunt, AUGUSTISSIME PRINCEPS, TUA in Christianum Orbem, in commune IMPERII ROMANO-GERMANICI Bonum collata, in dies illustriora, emolumenta; Majora in HASSIAM TUAM, dulcissimam Patriam nostram, beneficia, quam quae a balbutienti ore dignis encomiis evehi unquam possunt. CLEMENTISSIMUM TUUM ac SAPIENTISSIMUM, per omnes Provincias TUAS, in bonos Patriae cives REGIMEN, non his solum, qui DIVINA CLEMENTIA a multis annis eo fruuntur, optatissimum merito atque optimo jure dicitur; sed alienigenis etiam, quoconque sub cœlo natis, laudatissimum publice privatimque celebratur. TENERRIMUS TUUS, MAGNE PRINCEPS, erga DEUM OPTIMUM MAXIMUM, & Sacra, AMOR, quo puriorem, secundum Verbum DEI Reformatam, Religionem, summis laboribus a Gloriosae Memoriae MAJORIBUS TUIS in Patria nostra stabilitam, pari Gloria atque Cura tueris; quo Academias, Templa, Scholas Illustras ac triviales exstruis, exstructasque con-

## DEDICATIO.

servas & amplificas, Viros uti in Aula TUA Summa E-  
ruditione, Pietate, Prudentia, Consiliorum dexteritate  
& Gravitate Illustres & maxime Conspicuos, sic in A-  
cademiis & Scholis Doctrinae salutaris Antistites, Ju-  
stitiae Praesides, Hygæae Oracula, rerumque omnium  
tam naturalium quam artificialium, nec non Lingua-  
rum, Orientis non minus atque Occidentis, cognitione  
Clarissimos, Professores Celeberrimos, ad Juventutem,  
Patriae florem, bene formandam conscribis & quam  
clementissime nutris: quo denique Ecclesiae CHRI-  
STI Pastoribus excubantissimis prospicis, Eamque his  
maxime turbulentis temporibus, contra inhiantem Re-  
gioni & Religioni nostrae Hostem ita defendis, ut cru-  
ento hoc bello, tot regiones consumente, in Patriis  
Urbibus non solum hostilem gladium vagina vacuum  
non viderimus, sed & istum armis TUIS, cum PO-  
TENTISSIMIS SOCIIS uno animo junctis, per SE-  
RENISSIMUM ac FORTISSIMUM FRIDERI-  
CUM, UNUM Illum ex Magnis hujus seculi HE-  
ROIBUS, SPEM Patriae Summam, caeterosque Ju-  
ventutis PRINCIPES una cum Hassiacis TUIS Copiis,  
in meditullium Regni sui reprimi cernamus, ut tan-  
dem secura pace Ecclesiam & Patriam diu atque tran-  
quille fruituras confidamus. Hic, inquam, TENER-  
RIMUS TUUS erga DEUM, & veram Religionem,

A-

## DEDICATIO.

AMOR, adeo omnium omnino hominum animos & oculos in TE convertit, oraque complevit, ut AUGUSTISSIMI TUI NOMINIS, Piique ac Felicis Regiminis Gloriosissimam Memoriam haec nostra aetas per Orbem celebret, posteritas autem admiratura, & ipsa aeternitas intuitura sit. Res Gestas TUAS omnes, MAGNE PRINCEPS, praelia, victorias, monumenta plurima plane admiranda, meditari quidem ac venerari possum, assequi autem & eloqui singula nequaquam valeo. Sed ea tantum, CLEMENTISSIME DOMINE, Pace TUA, heic devoto animo commemorare liceat, quae singulari GRATIA TUA mihi civium TUORUM tenuissimo largitus es, quae TIBI & hunc Thesaurum & me ipsum per totam aetatem vendicant, illumque a PRINCIPE CLEMENTISSIMO haud inclementer suscepimus iri, certissimo mihi argumento esse possunt. TUA, SERENISSIME PRINCEPS, Hassia me genuit, Lycéum TUUM CAROLINUM me nutritivit, TUA Academia me eruditivit, TUA GRATIA me non in Patria solum, verum etiam in exteris Academiis, & in dissitis regionibus sustentavit. Summis in coelum laudibus efferunt omnes, quotquot sunt, erectioris animi homines, singularem erga subjectum TUUM GRATIAM, qua TUIS sumtibus eum ad ipsos Orientales populos dimiseras, ut, quos reconditos

ad-

## DEDICATIO.

adhuc thesauros possident , ad commune rei literariae  
commodum adducat , & TIBI , PRINCIPI suo  
CLEMENTISSIMO , offerat . Sed , proh ! sufflamen ,  
quod , emensa fere altera itineris difficillimi parte , o-  
ptimo proposito injectum , omni me frustrasse spe ple-  
risque videbatur , nunc , DIVINA PROVIDENTIA ,  
hunc eventum habuit , ut non pauca , quae in Ori-  
ente quaerenda existimavi , tum Moscuae , tum his in  
locis , in frequentissimo Orientalium confluxu , & E-  
ruditorum Virorum commercio , invenerim . Eorum  
itaque Specimen TIBI , NUTRITIO meo CLEMEN-  
TISSIMO , editurus , hunc submisse offero THESAU-  
RUM LINGuae ARMENICAE : Thesaurum , Do-  
ctissimis Viris hactenus desideratum , sive voces , sive  
res in eo contentas , species , Europaeis huc usque tan-  
tum non omnibus absconditum ; Linguae , antiquita-  
te sua venerabilis , perfectione autem , atque utilitate  
sua Theologo , Historico , Philosopho & Philologo  
quam maxime commendabilis . Hunc non aerarium ,  
qualis a me expectari nequit , sed literarium Thesau-  
rum , TU , CLEMENTISSIME PRINCEPS , Cui  
is unice debetur , Cujus MUNIFICENTIA eundem  
promovit , Cujus CLEMENTIA mihi haec otia fe-  
cit , in aeternum grati , fidelis , atque devoti animi  
testimonium publicum , humillima mente manuque  
obla-

## D E D I C A T I O.

oblatum serena fronte respice, & eum, quem non isolum tot beneficiis immeritum Gratosissime affecisti, sed cui etiam in posterum Clementissime prospexisti, & ad Orientalium Linguarum promotionem benignissime destinasti, ulteriori TUA GRATIA dignare, qua fretus majora in rei publicae literariae commodum edere possit. DEUS OPT. MAX. TE PRINCIPEM OPTIMUM, Patriae PATREM, & SERENISSIMAM DOMUM HASSIACAM Ecclesiae, Imperio, Patriae, ac Studiis per plures annos in columem servet, & ad feros usque posteros florentem summa felicitate magis atque magis illustret: id quod flagrantissimis precibus jugiter efflagitat,

SERENISSIME AC POTENTISSIME

P R I N C E P S,  
DOMINE CLEMENTISSIME,

SERENITATIS TUAE

humillimus ac devotissimus cliens  
JOH. JOACHIMUS SCHRÖDERUS.

B

AD

Scribebam Amstelodami, Anno Christi  
MDCCXI, Idib. Jan.

# AD LECTOREM PHILARMENUM

## PRAEFATIO.

OPTICORUM axiomate, & quotidiana hominum experientia certum est, quod Armeni non de oculis corporis tantum, verum etiam de mentis acie intellectum, trito ferunt proverbio: Հեռին դժուարաւ գիտելով Longius distantia difficulter cognoscimus. Verum hoc esse, non solum Araratenses isti, & Caucasum habitantes, celeremque, qua fertur, Araxin bibentes, de Linguis ac Rebus Europaeorum sermonem habituri, tristi rerum suarum jactura, jam dudum deprehenderunt: sed solers quoque Europa, scientiis ac Linguis caeterarum mundi partium tantum non omnibus instructa, idem adhuc, Armenica quando cogitat, de se fateatur necesse est. Protulit haec certe Viros insignes, qui, eliminata e Sacris ac Secularibus barbarie, praeter Latina atque Graeca, ea etiam quae Oriens novit atque Meridies, in nostrum introducere Orbem, summo studio & indefesso labore, quam felicissime aggressi sunt. Sed quotusquisque est, Lector, qui Septentrionaliorem istam priscae illius Haicanae seu Armenae Gentis Linguam sibi curae cordique esse voluit. Vix aliquos Europa vidi, qui hujus Linguae cognitionem prae se tulerunt: Vix unum vel alterum Germania nostra habuit, qui ignotos ejus characteres ostendit. In rationes neglectae Linguae inquires: an quod perditas sit antiqua Lingua? Nequaquam. An quod ex aliis hujus usum Linguae mutuare possimus? Nullo modo. An vero, quod exiguis ex hac Lingua fructus sperandus sit? Minime. Quae causa igitur, quod Armenia Lingua aliis posthabita, & hactenus a nostratis minus culta sit? Dicam alias. Cum, instauratis templis atque scholis, Orientales literae ab Europaeis primum producerentur, Haicana natio jam diu Turcis ab haec, Persis autem ab altera parte subjecta, sine omni splendore proprii regiminis intra suos li-

## P R A E F A T I O.

limites se continuit, ac, suis contenta praediis atque bonis, extraneorum quorumcunque amicitiam & opes neglexit, a quibus vicissim ea Cimmeris tenebris sepulta, nihil possidere credita fuit, quod nos scire nostra aut ipsorum interesset. Non defuerunt tamen Viri Doctissimi, qui, in res Armenorum diligentius inquirentes, cognoverunt, multa adhuc inter illos inveniri antiquitatis monumenta, scitu dignissima; Sed hos Librorum Manuscriptorum in his oris caritas & raritas, excusorumque Grammaticarum & Lexicorum, penuria, a penitiori Linguae cognitione prohibuit. Nam licet extiterint nonnulli, qui, eam sibi spartam demandat amputantes, aliquid, ad hanc Linguan Europaeis notiorem reddendam, in lucem emiserunt, nequam tamen illi omnes simul sumti cupido Lectori satisfacere posse visi sunt. Thesei Ambros. introductio in Armenam & alias Orientales Linguis, edita Papiae, Anno MDXXXIX, cum nihil nisi prima elementa contineat, vix hoc loco nominari meretur. Non melioris notae est Dictionarium Armeno-Latinum Francisci Rivolae, ex ore ruditis Armeni exceptum, & Lutetiae Parisiorum editum, Anno MDCXXX, vocibus barbaris Persico-Turcicis refertum, a genuinis Haicanis vacuum, erroribus scatens. Postea Historia Armenae nationis & Conciliatio ejusdem cum Romana Ecclesia nec non Grammaticae atque Logicae institutiones, Romae, anno Christi MDCXLV. a Clemente Galano editae, quamvis multiplici imperfectione laborent, optimae tamen sunt, quae haetenus in hoc scripturae genere extiterunt. Doctrina Christiana, sed (բանալուստեցոյ) juxta Romanum exemplar, Armenice & Latine heic loci prodiit opera Karapieti Adrianopolitani & (Տէհոգորոսեան Պիետրոսի Ակմպքի) Theodorici Petri Simplici, vel potius (Պիետրոսեան Տէհոգորոսի Ջիմբրացոյ) Theodori Petraci, Cimbra, prouti nomen hoc scriptum est in Dedicatione exemplaris unius Bibliorum S. Armenianorum ad Am-

P R A E F A T I O.

plissimos Curatores Inclytæ Academiae Lugduno-Batavae, ab  
Uſkano Episcopo Erivanensi, Amstelodami Anno MDCLXVI  
editorum: unde à nonnullis quidem Petracus Auctor istius  
editionis habitus fuit, sed Armenis hac de causa, quamvis vir  
Eruditus, quod nullum ad istam editionem usum contule-  
rit, անպիտան anpitann dictus. Tandem etiam in Germa-  
nia Specimen characterum Armenorum primus produxit An-  
dreas Acoluthus in suo Obadia Armeno, edito Lipsiae, Anno  
Chr. MDCCXC. Hujus Viri diligentissimi conatus maximo-  
pere laudandos censemus, licet is saepius gravissime lapsus sit,  
& a Galano atque Rivola, quos aliquoties haud infeliciter  
correxit, seductus, tum Vocum anomalarum alienam forma-  
tionem confinxerit, tum Versionem Armenianam juxta alias stri-  
ctius examinans, Vocibus Interpretis Armeni peregrinam si-  
gnificationem imposuerit: id quod aliter fieri non potuit, quoniam  
aliis subsidiis destitutus fuit. Omnes horum errores producere,  
jam non est animus, neque locus: ad oculum illi patebunt omni-  
bus, quibus volupe erit ista, quae recensuimus scripta, cum  
hoc nostro Opere & bonae notae Auctoriibus Armenis conferre.  
Sed in istis substiterunt huc usque Europaeorum studia Arme-  
nica, quibus quam parum sedulus Linguae Studiosus adjuvari  
possit, ipse meo exemplo probe cognovi; ita ut vel valde exi-  
guum vel plane nullum ex illis omnibus in adornando hoc opere  
praesidium habuerim, de cuius occasione aliqua adhuc addenda  
esse puto. Primus, qui post iacta in Hebraicis, Graecis, aliis-  
que Orientalibus Linguis, fundamenta, me ad Armenianam quo-  
que manu duxit, est Vir Clarissimus Georgius Otho, Lingua-  
rum Sacrarum & Orientalium nec non Poesios in Inclytæ Mar-  
burgensi Academia Professor longe Celeberrimus, de universa  
re publica literaria optime meritus, quem grati animi ergo heic  
publice nomino. Sed cum iste Vir Venerabilis, pro singulari sua  
erga literarum orientalium cultores benevolentia, me porro Il-

P R A E F A T I O.

Iusti Viro Jobo Ludolfo commendaret, ut Ipso Auctore Aethiopica colerem, indeque ad Theologicare direm, fere quiescere videbantur haec mea studia Armenica: donec, sexto abhinc anno, exteris Academias invisere constituerem. Primo quidem Ultrajectum me conferebam, ubi cum Celeberrimos Theologos, & Clarissimum Relandum Hebraicae & Orientalium Linguarum Professorem Celeberrimum, & de his in dies magis ac magis merentem, audiuissem, Amstelodamum progrediebar ad Clarissimum Virum Guilielmum Surenhusium, Graecarum & Orientalium literarum in Illustri Atheneo Amstelodamensi Professorem meritissimum. Hujus ductu cum Rabbinica, Misnica & Gemanica legerem, fama ad me perferebatur de Reverendissimo Archiepiscopo Armenorum Thoma Golthanensi, ejusque ex fratre Nepote Luca Nurigianide, plurimis in nationem suam meritis, & variarum Asiaticarum ac Europaearum Linguarum cognitione, Clarissimo. Horum benevolentiam ad juvandos meos in Armenicis conatus cum impetrasset, fidelissimo Praeceptoris mei auxilio in Haicanae Linguae cognitione feliciter progrediebar, in qua quo magis proficiebam, eo minus tribuebam Galano & Rivolae, adeo ut, observatis horum erroribus, coactus fuerim, (ՀԱՅԿԵՐԸ ՃԱՆԱԱՎԱՐԸ ԳԱՎԱԼ) viam non tritam inire, & nova ex versione Armenica Scripturae S. probatisque Auctoribus Grammaticae pracepta & mente & calamo concipere. Sed vix per semestre in hoc labore perrexeram, cum a Reverendiss. Viro intelligerem, se cum suis in Patriam reversurum. Arrisit commoda occasio in Doctissimorum Virorum consortio in ipsum Orientem proficiendi, & quae desiderarem inde petendi: impetrataque Clementissimi Principis veniam atque munificentia, ad iter me accingebam. Sed, quod aliter infatis fuit, navibus ad emporium Russiae, Archangelum, destinatis e portu Amstelodamensi solventibus, Archiepiscopus lethaliter decumbens, voluit ut cum Mercatoribus Armenis

## P R A E F A T I O.

praecedens, sui ipsius & suorum adventum Moscuae expectem:  
 quo cum pervenisse, tristissimum nuncium de mortuo in Batavis  
 Reverendiss. Thoma percrebuit. Persistebam nihilominus in  
 proposito itinere ulterius prosequendo, & nullum non lapidem  
 movebam, ut literas per Astrachaniae regnum transitum  
 aperientes obtinerem, sed iis mihi, ut aliis quibuscumque Eu-  
 ropaeis versus Persiam tendentibus, prorsus negatis, tandem, in-  
 vito licet animo, mihi in Patriam revertendum erat. Inde Am-  
 stelodamum redux, dilectum Nuriganidem, adhuc obitum spe-  
 etatissimi Patrui lugentem, offendebam, ejusque contubernium  
 nactus, Armenicis studiis me magis adstrinxii, meumque Pro-  
 positum de edenda perfectiori Grammatica Armena Viro Do-  
 ctissimo aperui, qui de eo gaudens suam operam ac typos Arme-  
 nicos mihi quam benevolentissime promittebat. Grammaticae  
 vero, Amicorum Consilio, adjungenda erant varia, quae hic  
 eidem juncta comparent, quoniam non minus necessaria mihi  
 quoque videbantur; sed ut Eruditorum sententiam experi-  
 rer, specimen in lucem publicam praemittebam. Interea vero  
 temporis Eruditam Angliam mihi adhuc visendam judicavi,  
 antequam in proposita editione aliquid molirer. Suscepit hoc iter,  
 cuius prosper successus votis meis ex ase respondit. Viros sum-  
 ma eruditione claros salutavi, Bibliothecas instructissimas lu-  
 stravi, &, in quo non minimam felicitatis meae partem pono,  
 Virum in Orient alibus Linguis non minus ac in Europaeis ple-  
 risque consummatissimae eruditionis Henricum Sikium, He-  
 braicae Linguae in Academia Cantabrigiensi Professorem Re-  
 gium, in Arabicis audivi. Omnimque suffragio ad exhiben-  
 dum publico Thesaurum Linguae Armeniae huc reversus, eun-  
 dem quoque a Celeberrimis Germaniae Viris desiderari intellexi.  
 Festinandum esse, rationes gravissimae suadebant, & quam ma-  
 xime, ne mox typis Armenicis destitutus, eum literato Orbi in-  
 dere videar. En igitur, Erudite & Philarmene Lector, The-  
 fau-

P R A E F A T I O.

saurum Linguae Armeniae, quem superiori anno prelo con-  
cessimus, sub felicibus hujus novi auspiciis Tibi integrum exhibemus, monentes, ut eo quo scriptus est animo cum legas, &  
in tua commoda convertas. Antiquitatem & Fata Linguae  
Armeniae ex Historico Armeno tradidimus, non nescii quod  
recentiores nonnulli Eruditii Viri longe aliter sentiant: sed  
sit fides penes Auctorem, quem hoc loco prolixius non defen-  
demus, ut in illis Tuo judicio eo liberius frui possis. In Arme-  
niciis latino charactere exprimendis memineris me Germano-  
rum pronunciationem plerumque observasse. Nominum quorun-  
dam, praeter ea quae suo loco notavimus, inflexionem, si a diver-  
sis auctoribus Armenis ad diversas Declinationes referri vi-  
deas, ea notes, non autem facile corrigas. In Prosodia, quoad  
Syllabarum quantitatem, secuti sumus Simonem Sjulfajen-  
sem, Grammaticum inter Armenos celeberrimum. Confessionem  
& additas ad ejus illustrationem Notas, quantum fieri po-  
tuit, narrā p̄ntō transtulimus, ut de vera Ecclesiae Armenae  
sententia eo certior esse possis. Synopsis hodiernae civilis Ar-  
menorum Linguae exhibuimus, ut hujus ab antiqua differen-  
tiam observes, & per Dialogos ad confabulandum cum Ar-  
menis inviteris, plenam autem cognitionem hodiernae dia-  
lecti, cum non in libris sed in ore loquentium contineatur,  
extra frequens cum Armenis commercium nunquam acqui-  
res. In versione autem Latina Dialogorum & Epistolarum  
aliquando sensum respexionis, non propriam vocum significa-  
tionem, ne alterutrius Linguae idioma plane deserere coge-  
remur. Indices, exemplis Regularum Grammatices in hunc  
finem uberrime propositis, vocabulis difficilioribus & raro oc-  
currentibus referti, copiosi Vocabularii vices peragent. Omnia  
tanta, quanta possibilis fuit, ἀπίστεια tradidimus, & qui-  
dem ad Armenica, ut eo accuratius prodirent, mecum atten-  
dit supra laudatus Nuriganides. Sphalmata nonnulla gra-

## P R A E F A T I O.

viora, ne Lectorem offendant, ad calcem Libri sincere nota-  
vimus: si qua alia observabis παρομάτα, Lector, eapari  
promptitudine, qua Tibi ac Tuis commodis inservire studiūmus,  
excusata habebis. Cum enim Studiorum & itinerum diversi-  
tate distracto tantum temporis nequaquam superfuerit, ut  
Librum, antequam typis mandaretur, totum nitide descri-  
beret; sed dum antecedentia sub prelo sudabant, sequentia  
ad huc e primis schedis educenda, & in ordinem redigenda  
fuerint: hinc aliter vix fieri potuit, quin mentem, in corri-  
gēndis erratis typographicis ad diversa attentam, nonnulla  
suffugerint. Unum hoc tantum addamus, quo & sco-  
pum nostrum in Dissertatione significemus, juxta illa verba  
Philosophi: χρησίμων θυσιών τῆς τεταύ θεωρίας, σύντομόν τοι πα-  
ράδοσιν ποιήμενος, πειράσωμαι διὰ βραχέων, ὅσπερ ἐγ ἐσαγωγῆς  
τρόπῳ, τὰ παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐπελθεῖν, τῶν μὲν βαθύτερων  
ἀπεχόμενος ξητημάτων, τῶν δὲ ἀπλευτέρων συμμετρως τοχαζό-  
μενος. Majora enim Tibi pollicemur Opera, utpote Lexicon Ar-  
meno-Latinum, Historiam, Bibliothecam Armenam, &  
alia, si hoc Tibi non ingratum fuisse intellexerimus. Ut, Tuum  
si accedit studium, haec quoque Lingua, ad ingens rei lite-  
rariae commodum, magis ac magis Europaeis immotescat. Id  
quod eo magis nunc sperare licet, dum & Amplissimus Vir  
M. Veyssiére La Croze, S. Regiae Maj. Borussicae a Consi-  
liis & Bibliothecae Praefectus, ut in anni literatura, sic  
in Armenicis etiam Doctissimus, in hoc nunc occupatus  
est, ut eruditissimis suis, quas promittit, Observationibus  
hujus Linguae studium & usum commendet. Tu, Philarme-  
ne Lector, his interim bene utere, & mihi fave. Vale.

DIS-

# DISSE R T A T I O

*De Antiquitate, Fatis, Indole atque Usu  
Linguae Armenicae.*

## C A P U T P R I M U M.

## *De Antiquitate Linguae Armenicae.*

I. DE ARMENICA LINGUA, ejusque antiquitate dissertaturus, non iis omnibus, quae ex antiquioribus, Graecis & Latinis Auctoribus, ad hujus argumenti dilucidationem adduci possent, nec recentiorum, variis Doctissimorum Virorum, sententiis recensendis aut conciliandis, minus hominum sua per Armenias itinera describentium narrationibus Lectorem morabor; sed, illis erudito Orbi diu satis cognitis, istis sententiarum divortiis quam maxime dubiis, his vero magnam partem falsis atque vanis, sepositis, recondita & interclusa hactenus Armenicae gentis scrinia pandam, ostensurus, unam ex antiquissimis esse Armenicam Linguam, cuius origines, si non ab ipsa Noachi arca, certe a turris Babylonicae exstructione petenda sint: idque tum ex istis canae antiquitatis monumentis, quae optimae notae & in-

dubitatae inter Armenos fidei Historicus, *Moyses Chorenensis*, quarti post Christum natum seculi Scriptor, (de quo plura inferius,) collectis prisorum Chaldaeorum Graecorumque schedis, ab interitu vindicata nobis reliquit, tum convenientibus rationibus aliis ex ipsius Linguae fatis ac natura seu indole petitis, demonstrare satagam.

<sup>II.</sup>  
Num Arme-  
na Lingua sit  
a Noacho,  
primaeva &  
universalis.

II. Nam si unquam argumentum pro antiquitate Linguae ex gentium migratione ac dispersione petendum est, nemo mirabitur, quod ab ipso Noacho Armenianam Linguam deduci posse innuerim, qui cogitabit, hanc demum esse propriam atque vernaculam genti, istas regiones incolenti, ex quibus, quotquot post universale diluvium & Babyloniam Linguarum confusione nationum dispersiones, & gentium coloniae factae sunt, primitus prodiisse certo constat. Unde facilis quoque oriatur suspicio, num Armenia Lingua sit fortassis primaeva illa Noacho ejusque filiis ac posteris familiaris, & proinde, si qua invenitur, universalis, omnium matrix, Lingua, ex qua tot seculorum decursu progenitae five Linguae five Dialecti ad unam omnes, ad quam propterea etiam inquirendis Vocabulib[us] originibus omnes reducenda ac primaevae rerum significaciones hauriendae.

<sup>III.</sup>  
Quod videtur  
affirendum  
ex Gen.  
VIII: 4.

III. Cum enim neminem lateat, Noachi arcam, post exsiccatam a diluvii aquis terram, in Araratibus majoris Armeniae montibus consedisse, quis dubitabit, istos octo homines, totius humani generis stirpes, in his finibus aliquandiu sedes fixisse, linguam domesticam propagasse, & successivis temporibus cum nu-

me-

merosa prole per adjacentes regiones se extendisse, donec accepta turris constructione uniusversalis gentium dispersio facta est: atque hac ratione invictum istud argumentum, quod pro Hebraica aliarumque Linguarum antiquitate adducitur, pro Armenica Lingua quam maxime militare videtur. Dicendum enim est, Vernaculam Noachi Linguam, quam ipse cum suis in Armenia locutus est, si haec non sit eadem cum Hebraica, vel plane periisse, vel apud dispersos Noachi posteros sartam tectam mansisse, apud hos vero, in patriis sedibus tranquillam vitam agentes, totam mutatam, superstite vix modico simplicium vocum numero, in triste clavis, patriae avitaeque Linguae inflatae, testimonium, quod tamen minus esse probabile unicuique videbitur.

IV. Imo vero, si fas est dicere, possimus ex antiqua Armenica Lingua Hebraica, atque Chaldaica, Syria-  
ca, Persica, Turcica, &c, si Prostheses, Aphaereses, Metatheses, & reliquae figurae, in vocum Derivatio-  
nibus adhiberi solitae, admittantur, Graeca, Latina, aliarumque Linguarum Vocabula non pauciora deducere, quam quis unquam ex Hebraica deduxerit; & eatenus universalem dicere Armenicam Linguam, quem tamen eam non esse & ipsi persuasi sumus, & in sequentibus ostendemus.

V. Iis igitur non obstantibus, uti Armenicam Lin-  
guam ex multorum vocabulorum cum peregrinarum  
Linguarum vocibus harmonia, non communem aut  
universalem omnium Matrem esse judicamus; ita econ-

IV.  
Et ex vocibus plurimis,  
quasi reliquis  
Armeniae  
in aliis Lin-  
guis.

V.  
Non tamen  
est Universa-  
lis, sed Car-  
dinalis Lin-  
guas.

trario iisdem rationibus eam neque dialectum vel filiam  
alius cuiuscunque Linguae dicendam esse putamus; sed  
**Cardinalem**, sibi in genuinis suis vocibus ac domestici  
phrasibus abunde sufficientem, & ab aliis quibus-  
vis independentem: adeo ut, si omnia, quae usus se-  
quioris aevi introduxit, vocabula reseces, extermines,  
proscribas, non minus copiosa dictione, elegantibus-  
que & convenientissimis loquendi modis exuberet,  
quam si vocum quarumcunque exoticarum farraginem,  
ut hodie vulgo sit, Haicanismo immiscueris.

**VI.**  
Armenica  
Lingua non  
est Mater  
Hebraicæ.

Quare, ut quod res est, proprius dicam, He-  
braicæ Linguae Mater Armenia non est, licet illa ex  
hujus natali solo post Diluvium de novo quasi prodi-  
erit: antiquorem esse Hebraicam, quam quae ex con-  
fusione Babelica una cum aliis ortum duxerit, evin-  
cunt tum irrefragabilia ex Textu Sacro Hebraeo, &  
praesertim ex propriis Protoplastorum, & inseguen-  
tium Patriarcharum antediluvianorum, locorumque  
nominibus petita argumenta, & communis Doctissimo-  
rum Virorum consensus. Illibata mansit Hebraea Lin-  
gua in Benedicta Semi, tempore πυργοτοίσεως & usque ad  
grandaevam Abrahami aetatem vivi, familia, in qua ea  
cum vero vivi Dei cultu ita conservata est, ut, reliquarum  
profapiarum Linguis justo Dei judicio inter se confusis,  
haec uti a culpa sic quoque a poena libra evaserit.

**VII.**  
Neque filia  
ejusdem.

Cum igitur a condito mundo usque ad Dilu-  
vium & inde ad turris Babylonicae aedificationem He-  
braica tantum Lingua omnibus una, & sermo unus fue-  
rit; dispiciendum nunc est, num fortassis idem, quod  
de

# D I S S E R T A T I O .

5

de aliis Orientis five linguis five dialectis, puta Chaldaica, Syriaca, Arabica & Aethiopica dicitur, de Armenica quoque dici possit, & haec cum illis filiabus ex Linguarum confusione unam & eandem matrem Hebraicam agnoscat. De illis inter Eruditos omnino constat: id probat radicum in literarum numero, sono, significatione, & Derivatorum forma, convenientia, nec non perpetua Declinationum, Conjugationum & Constructionum analogia. De pluribus vero, nimirum Chinica, Georgiana, Slavonica, Graeca, Latina, Teutonica, & aliis, quibus Armenicam annumeramus, non scripturae tantum diversitate, sed & ipsis Vocabulorum radibus, Derivativorum formis, variis Componendi modis, item Declinatione, Conjugatione & Constructione ab Hebraica toto coelo differentibus, idem nequaquam asserere licet.

VIII. Armenam certe Linguam, quicquid dicatur de aliis, tantae esse antiquitatis, ut a famosa illa Gentium dispersione ejus origo petenda sit, abunde declarabunt testimonia e supra laudato Moysé Chorennensi nobis producenda. Indicabunt ea confusionem istam non perfuctoriam aliquam Hebraicae Linguae in labiis Gentium commixtionem fuisse, quasi voces eadem variis modis mutatae, vel aliis rebus impositae, a structoribus turris minus bene intelligi potuerint; sed novas plane & inauditas voces hominum mentibus ac linguis a Deo infusas fuisse: quod propria Virorum Illustrium & locorum Armenica nomina, a priscis illis Haicanis heroibus primis post γλωττοσύγχυσιν seculis in-

VIII.  
Probatur ista  
thesis ex modo  
Confusionis, & anti-  
quissimis no-  
minibus pro-  
priis Viro-  
rum & loco-  
rum Arme-  
nicis.

C 3

di-

dita, in Armenorum libris adhuc nullibi non obvia, & magnam partem ex constanti traditione rudi quoque hujus nationis plebi nota, tanquam argumenta omni exceptione majora, confirmabunt.

**IX.**  
Unde Moy-  
ses Choren-  
ensis suam  
historiam  
hauserit, in-  
dieatur.

Sed quoniam haec, & quae sequentur, praeter Mosen, historiae Sacrae Conditorem, adducentur, rei gravitas, ac fides hujus historiae, omnino postulare videntur, ut indicemus ipsum fontem, ex quo Chorenensis, cum ipse longe posterioris aevi sit, limpidam suam aquam primus hauserit, & ad quem lectorem fitibundum remittat. Rem omnem, ejusque occasionem, Auditor Moyes Choren. Hist. Arm. Lib. I. Cap. VII. ff. diserte exponit in hunc sensum. Arfaces cognomine *Strenuus*, Parthus, Parthorumque ac Persarum Rex, victis bello Assyriis, Assyriae, totiusque orientis Rex salutatus est. Hic Regem Armenorum constituit fratrem suum Walarsacem, qui, in nationis ei subjectae antiquitatem inquirens, & nomina atque historiam suorum in regno Decessorum sciscitans, invenit Assyrium quendam, Chaldaicarum & Graecarum literarum peritissimum, nomine *Maribam Catinam*, quem Niniven ad fratrem Arfacem misit, &, datis ad eundem literis, rogitavit, ut Maribae eum in finem archiva regia aperiantur. Gaudet de fratribus proposito Rex Arfaces, petitioni ejus annuit, & ad archiva regia Maribam admittit, qui omnia perlustrans invenit volumen quoddam, cuius inscriptio sic habebat:

Uitae F.

## ԱՅՆ ՈՒԹԵՒՑԻ.

ՎՃԱ մատեան հրամանաւ ՎՐԵԿՍԱՆԴՐԻ ՚ի ՎՐԱՂԴԵՎ-  
 գւոց բարբառոց փոխեալ՝ ԵՅՈՅՆ. որ ունի զբուն ՀԱՆՈՂ և Chor. ibid.  
 ՉԼԱԲՆԵԱԳ բանս. որոյ սկիզբն լեալ ասէ զ. Օ բուանն և Cap. VIII.  
 ՉԾԽՏԱՆՆ և զ Վ. պետոսթէ. յորում և զիւրաքանչիւրոք  
 ՚ի ծնւնդոց երից Կախարաքահանաց այսոցիկ արանցո  
 զարս անուանիս կարգաւ շարադասեալ յիւրաքանչիւր  
 տեղիս մինչև յ' բազումամն, ի. ե.

## Initium Voluminis.

Hoc Volumen, jussu Alexandri ex Chaldaeo idioma-  
 te translatum in Graecum, continet originalem Anti-  
 quorum & Primaevorum historiam, cuius initium esse  
 dicit Sjeruvanem, Titanem, & Apetusthen, & singu-  
 los quoisque a tribus his Primatibus & Celebribus Viris  
 prognatos, praestantes Viros, ordine recenset, suo quem-  
 que loco, ad multos annos.

Ex hoc Volumine, dicit Chorenensis, Maribas Ca-  
 tina Armenicae tantum Nationis excerptam historiam Chor. ibid.  
 Graeca & Assyria lingua scriptam Mizbin ( Nizibin ) p. 34.  
 ad Walarsacem affert, qui eam tanquam pretiosissimum  
 thesaurum custodiens nonnulla ex ea columnis insculpe-  
 re jussit. “ Ex eadem, addit Historicus noster, Ma- Chor. ibid.  
 ribae Catinae relatione, de antiquarum serie rerum “  
 certior factus, ad tuam ( Isaaci Bagratldis ) petitio- “  
 nem respondebo, fundamenta jacturus nostri Princi- “  
 patus usque ad Chaldaeorum Sardanapalum & ul- “  
 terius.

X. Re-

X.  
Series Re-  
gum Hai-  
canorum ex  
Chor. Lib. I.  
Cap. IV. p.  
19. ff.

Hinc Regum Armenorum seu Haicanorum seriem  
Chorenensis, ab Haico filio Torgomi usque ad Ar-  
schirum, exhibit hoc modo:

1. Հայկ.	Haik.	23. Գառուակ.	Guerak.
2. Արմենակ.	Armenak.	24. Հրանտ.	Hrant.
3. Արամայիս.	Aramajis.	25. Ինձաք.	Endsakh.
4. Ամասիա.	Amasia.	26. Դղակ.	Dgak.
5. Գևեղամ.	Gelam.	27. Հօրոյ.	Horuë.
6. Հարմաց.	Harma.	28. Զարմայը.	Zarmair.
7. Արամ.	Aram.	29. Պերճ.	Pierdj.
8. Արայ.	Arai.	30. Արբուն.	Arbun.
9. Արայ Արա- յեան.	Arai Araji- des.	31. Բազուկ.	Bazuk.
10. Անուշաւան.	Anuschavan.	32. Հյ.	Hue.
11. Փարետ.	Paret.	33. Յուսակ.	Husak.
12. Արբակ.	Arbak.	34. Կայպակ.	Kaipak.
13. Զավան.	Zavan.	35. Սկայորդի.	Skajuërdi.
14. Փառնաս.	Parnas.	36. Պարոյը.	Paruir.
15. Սուր.	Sur.	37. Հրաչեայ.	Hratschea
16. Հաւանակ.	Havanak.	38. Փառնուաս.	Parnuas.
17. Վաշտակ.	Waschtak.	39. Պահցա.	Padjuidj.
18. Հայկակ.	Haikak.	40. Կոռնակ.	Kuernak.
19. Ամբակ.	Ambak.	41. Փաւոս.	Pavüës.
20. Առնակ.	Arnak.	42. Արեւ Հայ- կակ.	Alter Hai- kak.
21. Շաւարչ.	Schavarsch.	43. Խըռուանդ սակաւակեաց.	Ieruvand.
22. Եղայը.	Nuërair.		

ՀԱՅ

Ti-

44 Տեղըան.	Tigran I.	65 Արտավազդ.	Artavazd. II.
45 Բաբ.	Bab.	66 Տիրան.	Tiran I.
46 Վահագն.	Wahagn.	67 Տեղըան.	Tigran III.
47 Արաւան.	Arravan.	68 Վաղարշակ.	Wagharschak II.
48 Ներսիէ.	Niersiēh.	69 Խոսրով.	Chüesruëv I.
49 Զարիէ.	Zarieh.	70 Տերդատ.	Terdät.
50 Արմէց.	Armuëg.	71 Խոսրով.	Chüesruëv II.
51 Բագամ.	Bagam.	72 Տիրան.	Tiran II.
52 Վահան.	Wahan.	73 Արշակ.	Arschak III.
53 Վահէ.	Wahe.	74 Պապ.	Pap.
54 Արշակ.	Arschak I.	75 Վարազ-	Warazdat.
55 Վաղարշակ.	Wagharschak I.	դատ.	
56 Արշակ.	Arschak II.	76 Արշակ.	Arschak IV.
57 Արտաշէս.	Artasches I.	77 Վաղարշակ.	Wagharschak III.
58 Տիրան.	Tigran II.	78 Խոսրով.	Chüesruëv VIII.
59 Արտավազդ.	Artavazd I.	79 Վրամշա.	Wramscha-
60 Արշամ.	Arscham.	պուհ.	puh.
61 Աբգար.	Abgar.	80 Արտաշէս.	Artasches III.
62 Սանատրուկ.	Sanatrük.	Կամ Արտաշէր.	vel Artaschir.
63 Իրուանդ.	Ieruvand II.		
64 Արտաշէս.	Artasches II.		

XI. Hi omnes Հայոց մագաւորք *Haicanorum Reges* vocantur. Pro sapie duas sunt. Prima, ab ipso *Hai-*  
*co* usque ad *Wahé*. Altera, ab *Arschak* vel *Arſace* Pri-  
mo usque ad *Artaschesem*, alias *Artaschirum* dictum.  
Haicus quis  
fuerit, &  
quando vi-  
xerit?

Հայկ igitur, ordine primus, quartus a Japheto,  
& filius Auctori dicitur *Խաղոթիս* *Thorgomi*,  
Gen. X: 1.  
2 3. 4.

Nepos תִּירָשׁ *Thirasi*, Pronepos גַּמֵּר *Gameri*, Abnepos autem ipsius יְפַת *Japheti*, diversa licet ab ea Japheti Genealogia, quae in Biblico textu legitur. Nam uti statim subjicit Chorenensis,

*Chor. p. 19.* צָדִיבָרָא עַזְרָרָרֶת־בְּנֵי נֹחַ הַמִּצְרָיִם  
אֲלֵנָהָיו בְּנֵי יְהוָה אֲלֵי כָּל־עַמּוֹדָה  
בְּנֵי נֹחַ מִצְרָיִם וְנָבָתָה  
Thirasum quartum a Noacho, a Japheto autem tertium,  
omnes Chronologi scribunt: licet juxta nostram Bibliorum versionem in nullo originali scripto sic inveniatur. Co-

*Chor. p. 29.* נָבָתָה נְבָרוֹתָה (Nebrotho) נָבָתָה

*Gen. X. 8.* נִמְרוֹדוֹ בָּרְזִילְיָהָרְבָּן  
הָוֹא הַחֵל לְרוֹיחַ גָּבוֹר בָּאֲרִץ  
qui coepit esse potens in terra (qui etiam Belus. Quod autem ipse nomine adhuc gaudens Hebraeo חַיָּה, nonnunquam חַיָּה, Haik vel Haikk, a חַיְּךְ vita tua, ante Linguarum confusionem natus, tempore exstructionis turris Babylonicae adhuc vixerit, eidem tanquam Praefectus interfuerit, & diu superstes fuerit, graphice ab Historico nostro Chorenensi ex Maribae Chronico regio describitur. Cujus verba, quoniam ab Auctore integra adducuntur, perillustre & antiquissimum veritati Mosaicae de confusione Linguarum testimonium perhibent, & Haicanae Linguae antiquitatem quam maxime probant, hic quoque afferri omnino merebuntur. Armenice sic sonant:

*Chor. p. 34.* առաջնորդն ի Դիցն, և աշխարհի մեծամեծ բարեաց սպատճառք. որ սկիզբն աշխարհի և բազմամարդութեն: Առ ի սոցանէ հատեալ գտան ազգ Հսկայիցն՝ անհեղեղք յաղթանդամք մարմնավ և վիթիսարիք. որը

յլա-

յղացեալ ամբարտաւանութեած ծնան զամբարիշտ խորհուրդս աշտարակաշնութեն. և 'ինոյն լինեին 'ի գործանկեալք՝ յ'որ հողմն ահագին իմն և Ե'ծային շնչեցեալ'ի Դիցն ցասմանէ՝ ցըուէ (ցըէ) զամբարտակն. և մարդկանն անլուր բարբառու իւրաքնչերումք բաշխեալ աղմուկ շփոթի 'ի մէջ արկանէին. Յորոց միէր և Յաբետոսթեանն Հայկ՝ անուանի, և քաջ Վախարաբն կորպվածիք և հաստաղեցն. i. e. *Terribiles & illustres erant primi illi ex Diis, & maximi mundi bonorum auctores, initium mundi & multiplicationis hominum. Et ex his separata inventa est natio Gigantum, inimitabilem (incomparabilem) membris corporis robusti & immannis staturae, qui concipientes arrogantia generunt improbum consilium exstruendae turris, & dum in hoc opere erant occupati, ventus terribilis & divinus, immisus Deorum ira, dispergit opus superbum in sublime evectum, & inter homines quoscumque inauditum sermonem distribuit, qui exinde tumultum confusionis faciebant. Ex his unus erat etiam Japheticus ille Haik nominatus, (celebris,) & strenuus Praefectus, fortis jaculator, & firmus arcu.*

XII. Sed non id mihi sumsi, ut integrum nunc Haicanorum Regum historiam vel Chronologiam contexam: proposito meo insistens, ea tantum ex Chorenensi adducam, quae de Regum & locorum propriis nominibus extant monumenta, Haicanam Lingua illis propriam atque vernaculam fuisse, & ex ista Linguarum confusione ortum duxisse, demonstrantia. Haicum igitur ante turris destructionem a Patre Hebraice loquente natum & educatum fuisse, praeter alia nomen ejus, ut diximus,

D 2

He-

XII.  
Haik primus  
Haicanam  
Lingua lo-  
quitur, gen-  
tis suaē con-  
ditor.

Hebraeum confirmat, & ipsum etiam ante cladem Babyloniam Hebraice locutum fuisse extra controv-  
er-  
siam esse putamus, quem nunc post eandem primum  
sua Haicana Lingua usum esse videbimus. Profectus est  
*Haik*, Belo tyrannidem affectanti obedire detrectans,  
Babylone versus Septentrionem post natum ipsi filium  
*Armiēnak*, Յետ ծնանելց զորդի իւր զԱրմենակ 'ի

Chor. p. 36. Յաքելնի՛ չուարարեալ գնայ՝ յերկիրն Վրարատայ, որ  
է 'ի կողմանս հիւսիսոյ՝ հնագերձ որդւովք իւրովք և  
դստերօք, և որդւոց որդւովք՝ արամեք զօրաւորք,  
թուով իբրե Ե, և այլովք ընդոծնօք և եկօք յարեցելովք  
'ինա. և բոլոր աղխիւ երթեալ բնակէ 'ի լեռնոտի միում  
'ի դաշտավայրի. յորումնակաւք 'ի մարդկանէ յառաջա-  
գոյն ցրուելոցն դադարեալ բնակէին. զորս հնազանդ իւր  
արարեալ Հայկ՝ շինէ անդ տուն բնակութեն կալուածոյ,  
և տայ 'ի ժառանգութի լադմեայ որդւոց Վրմենակայ:  
Վաս արդարացուցանէ զանգիր հին սասցեալ զրոյցս:  
Եւ ինքն խաղայ՝ ասէ, այլով աղխին ընդ արևմուտս հիւ-  
սիսոյ՝ գայ բնակէ 'ի բարձրաւանդակ դաշտի միում. և  
անուանէ զանուն լեռնադաշտակին՝ Հարք. այս ինքն՝  
աստին բնակեալքս ազգ 'ի տանն Յորդոմայ: Ը ինէ  
և գեւղ մի՝ և անուանէ իւր անուն Հայկաշէն, ոս-  
 quam genuisset filium suum Armenak Babylone profe-  
ctus venit in terram Araratensem, quae est in partibus  
Septentrionalibus, cum filii suis & filiabus, & filiorum  
filiis, viris fortibus, numero circiter trecentis, aliis-  
que vernis, & advenis ipsi adhaerentibus. Et tota  
caterva veniens habitat in planicie quadam ad radices  
montis cuiusdam, in qua pauci ante ipsum homines ha-  
bitabant, quos obedientes sibi reddens Haicus, aedificat  
ibi.

*ibidem domum habitationis ditionum, quas in haereditatem tradit Cadmo filio Armenaki. Hoc confirmat non scriptam antiquam illam (quam Author in superioribus dixerat) traditionem. Et ipse Haicus progreditur, dicit Maribas, cum alia turma, versus occidentem septentrionis, venit & habitat in sublimi campo aliquo separato, & vocat nomen planitiae circa montem istum Σωρε Harkhi. e. Patres, quoniam ibi habitantes erant ex prosapia Patris Thorgomi. Aedificat etiam comum aliquem, & nominat nomen ejus Haikaschen, i. e. *Haici structuram*. En duplex Haicanae linguae monumentum antiquissimum! Σωρε Harkh enim, provincia est Armeniae majoris in hanc usque diem sic appellata, & Σωρε frequentissimum vocabulum, Armenorum etiam vulgo adhuc notum, *structuram, aedificium* significans, Matth. 14: 15. unde Σωρε aedicare, Σωρε θετι aedicatio, & alia. De hoc Haico Haicanae gentis Condитore eleganter Patriarcha Nierzes in historia nationis suae, Rhythmice conscripta, canit, pag. 432.*

Այլ Ձորդոմայ ըդ Հայկ ծընեալ.

Յորմէ և Հայք մեք անհանեալ.

Յաշտարակին մին սա եղեալ: և այլ: i. e.

*Sed Thorgom Haicum genuit,  
A quo & Haicani nos vocamur,  
Ad turrim hic quoque adfuit, &c.*

XIII. Quatuor adhuc celebria loca ex Haici istius hi-

D 3 storia

istoria addamus. Belus Haicum ad obedientiam revocans, refractarium bello aggreditur, sed infelici successu. Fortissimi enim Haici, armata manu ei occurrentis, sagitta fossus, efflat spiritum. Victor in ipso conflictus loco propugnaculum exstruit, quod in perennem victoriae memoriam Հայք Haikh, & adjacens regio Հայոց-Ղոր Hajuëts Dsuér i. e. *Haicanorum vallis*, in hanc usque diem dicitur. Sed collem, in quo Belus cum heroibus suis cecidit, անուանեաց Հայկ Պերեղմանս որ այժմ առին Պերեղմանսը, nominavit Haik Gieriezmánes, quae nunc vocantur Gieriezmankh, i. e. sepulchreta, vocabulo in Armena Lingua adhuc ubivis obvio. Tandem subjicit Chorenensis, Լոկ անուն աշխարհիս մեր կողի յանուն Եաբնուցն մերոյ Հայկայ Հայք: etiam nomen regionis nostrae, universae Armeniae, in nomen illius Primatis nostri Haici, adhuc vocatur Haikh.

XIV. Prolixiores fuimus in Haico, succinctiores erimus in sequentibus. Արմենակ Haici filius *Armenak*, Diminutivo *Masculus* dicitur, ab Վ. լ. Vir Instr. արամք, quod corporis vel animi dotibus Patre minor fuerit. Hic aedificium in monte quodam versus septentrionem exstruit, ipsi յանդադոյն յիւր անուն convenienter nomine suo dictum Վ. րադած Aragadz, i. e. *Armenaci habitatio*, decerto Վ. ր. ex Վ. րմենակ, ադած autem Particípio ab ադանիլ habitare, diversari, manere. Circumiacentia autem loca vocavit ոտն Վ. րադածու pedem i. e. radices montis Aragadz. Վ. րամայիս Aramajis filius Armenaci, sic dictus ex այր & ամայիս vir deserti hujus; suam habitationis domum posuit supra riyum aliquem

Chor. Lib. I.  
Cap. X. p. 42.

Ibid. pag. 43.

Chor. p. 45.

quem ad ripam fluvii, quam juxta nomen suum vocavit **Արմավիր** *Armavir*, i. e. **Արմայիսի եր** *Armajisi opus*: filius ejus fuit **Կարաչ շահար** *Scharai*, a quo dicta provincia **Հիւակ շիրակ**, omnium fertilissima, unde proverbium **Ճապայի բորկորնէ՝ մեր Հիւակայ ամբարքն էն** *Licet Scharajo guttus sit, nostra Schiracae non sunt horrea.* Ipsum autem fluvium in nomen nepotis sui **Երաստ** *Ierast*, vocavit **Երասխ Իերասչի**, uti accolit Armenis adhuc audit, qf. **Երաստաց ափ Իերաստի մunitio**, (**ափ** enim *pessulum, vectem, occlusionem & munitionem* significat) quia rapido suo cursu hostibus ejus transitum intercludebat. Graeci, symphonis literis destituti, hunc fluvium **Αράξην** vocarunt: nisi potius id nominis factum sit e voce Persarum **ارس** vel **امرس**, quae postmodum appellativa *fluenti* significatione (**أَنْدَمَ**, *pervenire*) pluribus *Araxibus* nomen dedit, ut doctissime observavit Clarissimus Relandus, in Dissertatione de Paradiso.

XV. Armajis genuit etiam **Ամասիա** *Amasiam*, ab hoc nomen accepit celebris in provincia Araratensi mons **Մասիս** *Masis*, quo super Noachi arcam quievisse antiqua traditione refertur. Amasia plures habuit filios, primus fuit **Գյեղամ** *Giegham*, i.e. **գեղ ամ** *pulchritudo omnis*, alter **Փառոխարի** *Parruechari* qf. **Փառաց խառն** *gloriae imminutio*, (**խառնել** enim *imminuere, absindere est*,) tertius **Յուլակ** *Tsuelak* *oculo micans*. Giegham versus Orientem Septentrionalem progrediens aedificat ad littus lacus illius, montem adjacentem vocat **Գյեղ Գiegh decorum**, unde & ipse lacus hodie adhuc **Գյեղաքունի** *Gieghakuni* vel *Gelacunensis* dicitur; postea sua

xv.  
Amasia, Giegham, Masis,  
Parruechari,  
Tsuelak,  
Gieghakuni.  
Chor. p. 47.

ma-

manu exstruit domum quam **Գեղամէ** Gieghamé i. e. *Gelami possessionem* nominat. Et enim, ex verbo Substantivo **Եմս**, possessionem significat.

**XVI.** **Հարմայ** Harma Gelami filius, sic nominatus, Arama, &c Aram, a quo exteris Natio ex mandato Patris in Arnavir, & genuit **Արամ** Armenia, & regio Armenia dicitur. **մայ** (ab **այր**, **արամէ**, **vir**, qf. *virilis*,) circa tempora Abrahami. De hoc Aramo loquens auctor, **Արամ** Chor. p. 47. **մայ** dicit, **բազում** գործք քաջուել պատմին մարտից նահատակութե, և ըսդարձակել զսահմանս **Հայոց** յամ կողմանց յորց անուն և զախարչս մեր անուանեն ամ աղդ. ո՞ո՞ **Յայնք** **Արմէն**. իսկ **Ասորիկք** և **Պարսիկք**. **Արմէնիկք**: *De Aramo multa strenua narrantur heriocorum certaminum facinora, & ampliatio terminorum Armeniae ab omni parte: in cuius nomen etiam regiones nostras nominarunt omnes Gentes, ut Graeci, Armeni; sed Assyrii ac Persae, Armenikhs.*

**XVII.** **Արայ** Arai (ab **արե** *ari* fortis,) ob praestantem formam **գեղեցիկ** pulcher cognominatus fuit. De hujus pulchritudine cum multa audivisset Semiramis, eum, mortuo, vel potius, uti auctor putat, fugato in Cretam Nino, videre desiderans, mittit Legatos, Arajumque oblatis summis honoribus & muneribus plurimis sollicitat, ad se ut veniat, ipsam in uxorem ducat, & omnibus, quibus praefuerat Ninus, imperet; vel, ut desiderio ipsius satisfaciat, & muneribus onustus ad suos revertatur. Arajo perpetim renuente, Semiramis, vehementi furore agitata, bello eum aggredi constituit, & statim, coacto exercitu, ad terminos Hain-

Haicanarum regionum properat, inopinantem invasura Arajum, non eo quidem consilio, ut occidat dilectum istum, sed ut captum secum ducat, quem promissis alludere non poterat. Huic furibundae exigua manu occurrit Arajus, sed armis inferior prosternitur, & ipse inter cadavera transfofforum mortuus reperitur 'ի գաշտի Արայի, որ և յանուն նորա անուանեալ Ա.յըրատ in campo Araji, qui etiam in nomen ejus nominatus est Airarat, quasi Արայի արատ Araji macula. Hinc tota quoque regio ista nomen sortita Գանառն Ա.յըրատ է Ա.յըրատ Provincia Airarat vel Ararat, vid. Compendium Geographiae Universalis Moysis Chorenensis Pagg. 46. & 52. In qua sunt הַרְיָ אֲרָרָט montes provinciae Ararat, Gen. VIII: 4. Et ipsa אֲרָרָט regio Ararat dicitur, 2 Reg. XIX: 37. Unde ob vastitatem ejus pro utraque, vel quadruplici Armenia accepta, ממלכבות regna Araratensia leguntur, Jerem. LI: 27.

XVIII. Ex Arajo natus est Արայ Արայեան Araij XVIII.  
Arajides, ex hoc Անուշաւան Anuschavan, qf. անոյշ <sup>Haicani reli-</sup> qui.  
Հաւանս suavis assensor. Hujus posteri sunt Փարեան Par-  
riet pro փառ եւ gloriā dedit, Արբակ Arbak bibax,  
Զավան Zavan, puto pro զաւակ proles. Ուռը sur acutus,  
acer, Հաւանսակ Havanak assentator, Diminutivum ab Հաւան. Ա աշտակ Waschdak a Ա աշտակ armiger.  
Հայկակ Haicak, Diminutivum ab Հայկ quasi Haicus  
exiguus. Ամբակ Ambak nubecula. Առնակ Arrnak Ma-  
sculus ab այր, առն, Vir. Նորայր Nuérair, recens  
natus Vir. Գյոռակ Guerrak, Diminutivum a գոռ toni-  
E tru

Chor. p. 75.  
 tru ql. filius tonitru. Հրանտ Hrant ignitus ab Տուր  
*ignis.* Օ արմայր Zarmair proles mascula. Պերք Pierdj  
*Superbus.* Արբուն Arbun perfectus aetate, boni ominis  
 ergo. Բազուկ Bazuk brachium. Յուսակ Husak, ( ab  
 Յոյս ) exigua spes. Կայպակ Kaipak ( ex կայ Verbi  
 կալ esse, & պակաս ) minor. Մկայորդի Skajuerdi Gigan-  
 tis filius. Պարոյր Paruir persuasor. Հրաշեցի Herathaea  
*ignitos habens oculos.* Փառնուսս Parnuas ( pro նուսաս )  
 minor gloria. Պահոյչ Padjuidj decorus. Վեւս Հայկակ  
 alter Haicus exiguius. Երուանդ սակաւակեաց Ieruvand  
 sakavakeats, idem est ac si dicas Epiphanius. Տիգրան  
 Tigran ql. Տեղ Երան hastâ felix. Վահագն Wahagn  
 pro ալ ահագեն terribilis, uti Թէնասեն pro որէնապեն  
 qui videt eum qui est. Առաւան Arravan ad castra.  
 Արտօհ Niersieh a ներս intus, & և ex չորսք gratia,  
 quasi բղնումն չնորհաց emissio gratiae, ut docet Archie-  
 piscopus Uskan in Onomastico MSto. Արմուց Armuëg  
 divinator ex արմfundamentm, radix & սպել effari,  
 ql. sit fundamenta seu causas rerum exponens, սպել  
 enim de Poëtis & inspiratis dicitur, quando spiritus in-  
 tus agit, ut divino igne incalescentes verba proferant.  
 Բագամ Bagam, ex obsoleta voce բագ ligamen, copula,  
 & ամ, ql. omnes obligans. Վահան Wahan, familia-  
 re est adhuc inter Armenos hoc proprium. Virorum no-  
 men, appellative scutum significans. Վահե Wahé, pro  
 ալ ահե terribilis, ultimus fuit Haicanae prosapiae in  
 Majori Armenia Rex, oppressus ab Alexandro M.

xix.  
 Arsacidae.

XIX. Huic post aliquod temporis intervallum suc-  
 cessit familia *Arsacidarum*, cuius Sator & stator fuit

Արշակ *Arschak* Primus, Parthus, Parthorumque, Per-  
sarum, & occiso Antiocho (Θεῷ) Assyriorum, imò to-  
tius fere Orientis Rex, cognomine Armeno Արշակ  
strenuus, cui succedit Արտավազս *Artasches*, huic Արշակ  
Առշակ II. cognomine magnus, qui Armenia-  
rum regna tradidit fratri Վալարշակ *Walarfaci* Pri-  
mo, ex quo sunt reliqui, exoticis ut plurimum nomini-  
bus. Sed Արտավազդ *Artavazd* composito nomi-  
ne dicitur, qf. efficax, ex արտաքս extra & աղբել mo-  
nere cum efficacia. Աբգար *Abgar*, ut dicit ipse Cho-  
renensis, Կոչիւր Աբգար այր Վարաւել հեղութեանն  
և իմաստութեանն՝ որում յետոյ և տիքն. զայս <sup>ոչ</sup> Chor. p. 165.  
Կարելով ուղարկի խօսի Ասորեց և Յունաց կոչեցին  
Աբգարոս, vocabatur *Avagair* (primarius vel *insignis vir*) propter *insignem mansuetudinem & sapientiam*, &  
postea etiam propter aetatem venerabilem: id cum non  
possent recte pronunciare *Assyrii* atque *Graeci*, dixerunt  
*Abgarus*. Սանատրուկ *Սանտրոս* տուրք *Sana-*  
tae nutricis *munuscum* appellabatur, quia eum sub ni-  
vibus deperditum vivum matri restituit. Տիրան <sup>Չոր. p. 186.</sup>  
*Dominicus*, a *Տիրան* *Dominus*. Տերդատ, *Domi-*  
*nus judicii*. Caeterorum nomina Regum peregrina sunt,  
usque ad *Artaschirum* *Chorenensi* οὐγχονον, in cuius hi-  
storia auctor subsistit.

XX. Haec omnia, quae exposuimus, Haicanorum  
& Arsacidarum Regum nomina, Armenica esse, nul-  
lum est dubium: probat id facilis eorum ex hac lingua  
derivatio, commoda significatio, & frequens Chore-  
nensis testimonium. Antiquissima ea esse, docet nomi-

xx.  
Ista Virorum  
& locorum  
nomina Ar-  
menica esse  
demonstra-  
tur.

num forma, & usus in nonnullis hodie fere obsoletus ; Armenorum vulgo nunc plane ignotus. Quaedam Regum, supra indicatorum, nomina hic praetermisimus , vel quod peregrina sint, vel tot seculorum lapsu adeo mutata , correpta , ut certi nihil ex iis colligere possis. Alia plura cum Virorum, tum locorum monumenta ex eodem Chorenensi nostro huc adducere potuissimus , nisi haec ad antiquitatem linguae Armenicae demonstrandam sufficere judicassemus. Pergamus igitur, ut videamus, quaenam haec Lingua prospera & adversa fata habuerit.

---

### C A P U T S E C U N D U M.

#### *De Fatis Linguae Armenicae.*

I.  
Linguae fata  
eadem, quae  
Nationis.

I. QUOD ex aliarum quarumcunque Linguarum historia patet, iis semper eadem cum Nationibus suis *Fata* fuisse, id de Armenia quoque verum esse , conservatio & mutatio Linguae cum Natione communis , & quam maxime hodiernus ejusdem usus, sufficienter demonstrant. Quam diu res Armenorum, priscorum herorum, continua serie sibi succedentium , fortitudine ac prudentia, prospere gerebantur, Lingua etiam Nationis perpetua felicitate florebat ; istis autem in deterius vergentibus & ad interitum suum delabentibus , haec non tantum gravissima passa esse detrimenta , verum etiam

etiam ut lingua, corpore languido, fere elanguisse animadvertisit. Graviter atque decore nativam suam Lingam loquebantur Haicani, dum, suis tantummodo Regibus morem gerentes, aliis quandoque gentibus imperitabant, sed remissius loqui coeperunt, ex quo tempore, everso Regno atque Principatu suo, alienigenis in linguam non minus, atque bona eorum, summam potestatem exercere datum est: quamvis enim per aliquot secula Armenica Lingua feroce Saracenorum, Chorazmacorum, Tartarorum, aliorumque impetus adeo feliciter sustinuerit, ut ex tot vulneribus vix aliquae cicatrices remanserint; flexa tamen est sub diuturno Turcarum Persarumque jugo, & in diversas dialectos divisa, nunc in labiis Armenorum ad arbitrium imperium in eam habentium fere tota disposita: manente interim in eadem sua simplicitate antiquo Haicano sermone, per omnes Armeniarum provincias literis sacro, quem hodie ex ore ruditis Armeni hominis nunquam audiveris, nisi linguam ejus, dialecto provinciae suae adstrictam, scalpello reflectam liberaveris.

II. Vix firmam in Armeniis suis sedem fixerat Haicus, cum, occiso Belo, de ampliandis regni sui poemoerii cogitaret. Hic Euphratem transiens, omnes Armeniae etiam minoris incolas, ad Cappadoces usque sibi subjectos, Haicanam Linguam loqui jubet, ut diserte testatur Historicus: Հրաման տայ Ի՞նսակչաց աշխարհ Տին ուսանիլ զխոս և զեղուս Հայկական, mandatum dat incolis regionis illius Cappadociae, ut discant sermonem & linguam nostram Haicanam. Ubi notandum,

II.  
Haicus Gen-  
tis Conditor  
& Linguae  
sue Propa-  
gator.

Chor. Hist.  
Arm. Lib. I.  
Cap. 13. pag.  
55.

Chorenensis non dicat չեղուն Հայկաց Lingua Haici, sed լեզուն Հայկական linguam nostram Haicanam, innuens non emortuam aliquam, sed hanc nostram, juxta emphasis literae „, Auctoris nostri aevo adhuc vivam, & Haicanis cum Haico communem fuisse. Unde Strabo

Str. Geogr.  
Tom. II.  
Libr. XII.

Cappadociam, quatenus versus Austrum, ubi Taurus, & versus Orientem protenditur, & Armenia dicitur, ejusdem Linguae esse dicit: suffragante huic Moysè nostro Վարդ պ'այսօք ժամանակի անուանեն Յոյն զելիմայն զայն Պրոտին (ita legendum esse puto, pro Պրոտօռն) Արմէնիան որ թարգմանի Արաջն Հայք, qua de causa ad hoc usque tempus Graeci vocant clima istud πρώτην Αρμενίαν, quod Armenice redditur Prima Haikh (Hajastania vel Armenia) respectu secundae, tertiae, & quartae.

III.  
Haicanæ  
Linguæ  
conferatio.

Sub Haico igitur, ejusque felici regimine, tam altas in mente hominum radices egit Haicana Lingua, ut omnibus ejus imperii subditis communis atque vernacula facta, ad seros & ultimos usque posteros propagata sit, &, per tot ac tanta rerum discrimina, ad hodiernum diem superstes, ad nos usque pervenerit, quin imo, saltem in manu scriptis atque impressis libris, sua adhuc quasi integritate, gravitate, & elegantia superbiat. Demonstrant hoc superiori Capite adducta, ab ipso Haico ejusque posteris Urbibus, vicis, campestribus, castellis imposita, ipsorumque Regum nomina, tantum non omnia Armenica: certissimo nobis argumento, Haicanorum Linguam non tantum ad Wahé antiquissimae prosapiaæ ultimum, sed & per Arsacidas usque ad

Ar-

Artaschirum, & ulterius, conservatam, magisque ac  
magis cultam fuisse, donec Interpretum aevo, aureo  
Haicanae Linguae seculo, ad summum perfectionis  
suae fastigium eveneretur.

IV. Cum autem, teste Chorenensi nostro, variis  
aetatis variae Armeniam ingressae sint illustres fami-  
liae, ipsa quoque Haicana natio bella cum vicinis & elong-  
inquo irruentibus populis gravissima gesserit, nec non  
commercia cum alienigenis coluerit; nequaquam dubi-  
tandum, quin tot seculorum lapsu peregrina quaedam  
vocabula in Haicanam Linguan irrepererint, quae ex fre-  
quenti usu postmodum Armenica facta, ab Auctoribus  
Armenis etiam optimis adhibita, adhuc Libros eorum  
inspicienti occurrant, uti Capite sequenti monstrabim-  
us. Familiae autem istae, quae diversis seculis in Ar-  
meniam venerunt, ab Auctore nostro recensentur, &  
dicuntur Viri Գ. Ա. Թ. Ունիք Genthunii, Ա. բ. Ճ. ռ. Ա. Կ. Ա.  
ունիք Ardzerunii & Genunii, Բ. ա. դ. ր. ա. տ. ունիք Bagrati-  
dae, Մ. ա. լ. ք. Medi, Ա. ռ. շ. ա. կ. ունիք Arsacidae, Ս. ա. մ. ա. ր. ա. յ. գ. ե. ր  
Samaritani, Ա. մ. ա. տ. ունիք Amatunii, Ա. ռ. ա. ւ. ե. ղ. ե. ա. ն. ք. Ar-  
ravielani, Մ. ա. մ. ի. կ. ուն. ե. ա. ն. ք. Mamgonidae. De quibus o-  
mnibus nunc breviter:

V. Գ. Ա. Թ. Ունիք Genthunii, Cananaei fuerunt, & Genthunii  
quidem ex illis, qui, a Josua Israelitarum Duce patrio  
solo pulsi, e portu Ա. գ. ռ. ս. ս. Agras navigantes perve-  
nerunt Tharsin, unde iterum migraturi trajecerunt in  
Africam, tibi reliquerunt hoc sui adventus monumen-  
tum: Ե Յ ե ս ո յ գ ո ղ ց փ ա խ ու ց ե ա լ մ ե ք Ա մ ի ս ա ր ա ր ք Moys. Chor.  
Ք ա ն ա ն ա յ ւ ո յ ե կ ա ք բ ն ա կ ի լ ա ս տ, Ab Hiesua (Josua) Lib. I. Cap.  
18. pag. 72. La-

IV.  
An mutatio-  
nes aliquas  
passa fit Hai-  
canae Lingua  
per alias nati-  
ones, bella, &  
commercia.

*Latrone fugati nos Praefecti Cananaeorum venimus habitare hic. Quibus verbis subjicit Chorenensis j'որոց մի և Վանանիդաս պատուականագոյն մեր 'ի Հայոց existis unus erat etiam Cananitas spectabilis in Armenia nostra; & mox Խռ ստուգեալ հաւաստի գտաք զսերունդ ազգին Գնթունեաց 'ի սմանէ առանց հափառակութե լեալ զայս և բարք արանց աղքի յայտնեն՝ Վանանացի գոլ:* De his rebus certiores facti, invenimus prosapiam gentis Genthuniorum ab hoc esse sine contradictione, id quod etiam mores virorum prosapiae indicant, eos Cananaeos esse. Hi a Walarface I. haereditarium acceperunt munus, induendi manus Regis, & Գնթունիք Genthunikh dicti, incerta, ut Auctor dicit, denominatione. ( Fortassis a գուանթ guant, Italice guanto quod idem est cum Arm. ձեռնաման chirotheca, & ունիք unikh habentes, vel quasi قطبين servi, a قطن servivit, unde etiam est قطن Ital. cotone, quod Ministri fuerint Genthunii, quibus cura vestium regis fuit demandata).

VI.  
Ardzerunii  
& Genunii.

2. Reg. 19:  
37.

Hist. Arm.  
p. 81. 82.

*VI. Արծրունիք և Գնունիք Ardzerunii & Genunii posteri fuerunt filiorum Regis Assyriorum Senekherimi vel potius Sanheribi, qui occiso Parente fugerunt, ut dicit Scriptor facer, in terram Ararat, quod factum esse refert Chorenensis noster, regnante inter Haicanos Skajuërdi. Վանդի ուժսուն աւելի՝ և պակաս ամօք յաւաջքան զթագաւորութին Եաբոդոդնոսորայ էր Աւենեքերիմս կացեալ Եբքայ Եսորեստանի, որ զեւէմ պաշարեաց առ Խզեկիայիւ Հըելց Եռաջնորդաւ. զըս սպանեալ որդւոց նորա Եդրամելայ և Ասնասարայ էկին փաս-*

Քախստական առ մեզ, Quoniam octoginta circiter annis ante regnum Nabuchodonosoris erat Senekherim (Sanherib) constitutus Rex Assyriae, qui Hierosolymam obsecit cum Judaeis praeesset Ezechia (Hiskia), istum interficientes filii ejus Adramel (Adramelech) & Sannasar (Saretser) fugitivi venerunt ad nos in Armeniam. Hi igitur sunt Երկու տունես ՚ի զաւակէ Աւելքերամայ՝ Վաթքանիք և Գանձենիք dñae istae familiae ex semine Senekherimi, Ardzerunii (արծր ունիք aquilam insigne Regis custodientes) & Genuiii (գինիոնիք vini curam habentes).

Chor. p. 124.

VII. Բագրատունիք Bagratidae natione Hebraei fuerunt ex posteris Բագրատոյ Bagratis cuiusdam, qui a Walarsace I. obtinuit officium imponendi coronam Regi, unde & Թագադաղեր Thagatir Coronae-positor, & Ազպես Aspiet Eques vocatus. Oriundus autem erat iste Bagrat a quodam Սմբատ Sembat, vel, juxta Auctorem, Hebraicis Շամբաj Schamba dicto, quem Nabuchodonosor, rogatus ab Hratschea Armenorum Rege ut quendam ex Primatibus Hebraeorum ipsi concedat, cum captivis aliis Hierosolyma Babelem abductum, in Armeniam mittit, ubi in magno honore habitus fuit, և Moyf. Chor. pag. 80.

՚ի նամակ ասէ Պատմագիրն լինիլ զազգն Բագրատունիք.

և Հաւաստի և, & ab hoc, dicit Historiographus ille Maribas esse familiam Bagratidarum, in qua Patris dignitas & munus splendidissimum sub Arfacidis constanter mansit, idque certum est.

VIII. Մարե Medi, introducti sunt in Armeniam postquam Tigranes I. Cyro Persarum Regi foedere junctus VIII.  
Medi. Ա  
Chor. p. 96.

IX.  
Arfacidæ,  
Chor.Lib.II.  
Cap.I.p.112.

IX. Γεργαկունիք *Arsacidae*, οὗ Γερայέν Φαρυκή  
Γεργαկայ, καὶ ἡ Ή αργαργακαյ Եղօրին նորա, զոր մերոյ  
աղդիս թագաւորեցցց. և որինչ որք յետ նորա Եղեն  
թագաւորք աշխարհիս մերոյ, 'ի նորին սէ ըմանէ՝ օրդի  
'ի հօրէ առնլով զտէրու թիւն անուանեցան *Γ. բշակունիք*  
*Γ. բշակայ*: a Rege Persarum *Arsace*, & a *Walarsa-*  
ce fratre ejus, quem ille nationi nostrae in regem con-  
stituit: & quotquot eum secuti sunt reges in regione no-  
stra ex hujus prosopia, filii a Patre dominium accipi-  
entes, nominati sunt *Arsacidae* ab *Arsace*. Ambo natio-  
ne Parthi erant, Pater eorum fuit *Արտաշէս* *Artasches*,  
*Ավս* *Արշակ քաջ* *Arsaces* cognomine *strenuus*, Partho-  
rum reges, qui regni sui sedem habuerunt *Բախչ* կ *Բախչ*  
*Bahl*, vel *Balk*, urbem Parthiae celebrem, unde *Պալճա-*  
*քե* *Balhavenses*, & *Պարթևաց* թագաւորք *Partho-*  
*rum Reges* dicti, distinguendi ab illis *Walarsacis* po-  
steris qui *Արշակունիք* *Arsacidae* & *Հայոց* թագաւորք  
*Haicanorum Reges* salutati fuerunt. Ex istorum *Balha-*

verb-

vensium familia fuit Առաք Գրեգոր Հայոց | ուսաւորիչ  
Sanctus Gregorius Armenorum Illuminator & Patriar-  
charum Primus, cuius Pater erat quidam Մանկ Անակ  
'ի Տեղեն Սուրբեանն Պալհանէ և genere Sureniano  
Balhavensi, Սուրէն Suren autem fuit frater Artasche-  
sis, filius Arschoris, Regum Parthorum Balhavensium.

X. Մատոնիք Amatuni, de his Auctor noster, բնու-  
թէ Հրեաց, 'ի Վանուեայ ումեմնէ՝ որց որդի էր մեծա-  
հասակ և ուժեղ Ասմանն անուն կոչեալ որպէս սովորու-  
թէ է Հրեաց ըստ յուսոյ Օնախնեայն կոչել զանուանս.  
այս է շշմարիս որպէս և այժմ իսկ է անսանել 'ի զարմն  
Մատոննեաց, origine Hebraei sunt a Manua quodam,  
cuius filius erat procerae staturae & fortis, Samson no-  
minatus, uti mos est Hebraeis a Majoribus suis deduc-  
cere nomina. Translati fuere in Armeniam ex Aria ab  
Arsace Magno, & ab adventu eorum nomen illis man-  
dit Մատոնիք Amatuniis, id est interprete Moysէ կը  
advenis. Persica nimirum voce ام و می Amatuni  
dicti ab Ամա venire, և կէաք 'ի Պարսկա Վանուեան  
վոսա կոչելով յանուն Լախմայն licet quidam ex Per-  
sis eos vocent Manuanidas, juxta nomen Primatis eo-  
rum Manuae.

XII. Առաւելեանք Arravielani, natione Alani fue-  
runt, in Armeniam tempore Artavazdi II. filii Artasche-  
sis II. venerunt cum Satinka uxore Artaschesis, & fa-  
miliam constituentes Praefecturam obtinuerunt in Ar-  
menia, tanquam Տարազատք fideles magnae Regi-  
nae.

XII. Վամփիկոնեանք Mancunii, Chinenses fuerunt,  
F 2

Chor. p. 256.  
conf. p. 169.

x.

Amatuni.  
Chor. Lib. II.

Cap. LIV. p.

XI.  
Arravielani.  
Moyf. Chor.  
p. 210.

xii.

Mancunii,  
Moyf. Chor.  
sic pag. 269.

sic dicti a quodam Ամառոն Mamcone, filio Արբոկ  
ուրում Ճենքակուրի, ող ասի 'ի նոցա լեզուն, պատիւ  
թագաւորութե Շաբուկi cuiusdam Chienbakuri, uti di-  
citur in eorum Lingua, in honorem regni. Iste autem  
Mamcon coram Patre infidelitatis accusatus, fugit ad  
Persarum regem Artaschesem, quo mortuo ab Artavaz-  
do cum turma sua mittitur in Armeniam.

XIII.  
Ab his voca-  
bula quidem  
aliqua intro-  
ducta, sed  
Haicana Lin-  
gua non mu-  
tata.

Chor. p. 55.

Ex his omnibus Haicanos vocabula quaedam  
exotica adsumisse, & vernaculae suae immiscuisse, ne-  
mo mirabitur, qui considerabit tum perpetuam horum  
cum illis necessitudinem, tum summos, vel summis  
proximos, honores & munia, in quibus aliquae isto-  
rum advenarum familiae constitutaे fuerunt. Sed tanta  
non fuit per eos in Haicanam Linguam introducta mi-  
stura aut mutatio, ut vel omnes simul sumti nova eam  
veste induisse dici possint: quae enim profugis, capti-  
vis, & munere in aula regis spectatissimo licet fungen-  
tibus, in communem regni ac domini sui Linguam po-  
tuit esse facultas? quibus opus fuit, ut potius ipsi Hai-  
canis vernaculam imitarentur, quam ut suam illis com-  
mendantur. Soli Arsacidae, qui post Haicanos, ejectis  
Graecorum interregibus, Armeniae potiti sunt, potuiss-  
sent fortasse parthicam non minus, atque Haicus suam,  
ad publicum privatumque usum introducere; sed eos id  
nunquam tentasse constat, tum ex Chorenensis nostri  
silentio, qui tale quid factum esse nullibi meminit, con-  
tra vero unam & eandem sibi cum Haico communem  
Linguam esse non obscure insinuat, tum maxime ex  
collatione ejusdem, quae adhuc est in Haicanorum li-  
bris,

bris, cum antiquissimis istis Patriae Linguae monumen-  
tis, apud laudatum Auctorem fuse extantibus, ex qui-  
bus aliqua superiori Capite produximus.

XIV. Sed bella fortassis, quae cum variis nationibus  
Armeni gesserunt, majorem induxisse putabuntur Lin-  
guae mutationem; maxime cum occiso per Alexandrum  
M. Armenorum rege Wahé, sumnum in Armenos  
imperium ad alienigenas devolveretur. Graeca etenim  
Lingua istis temporibus universo fere Orienti commu-  
nis facta, Armenis quidem etiam innotuit, sed כ' אַתָּה מִתְעַרְבֵּם חֲסֹפָא fit venia verbo, sic neque  
suavis Graecorum cum gravi Armenorum Lingua  
miseri, aut eliminata hac illa in locum ejus succedere  
potuit: hincvix quosdam artium ac scientiarum termi-  
nos, &c, si quae postmodum cum religione Christiana  
Armenii suscepserunt, vocabula excipias, pauca invenies  
in Haicana Lingua graecam originem habentia. Nam  
cum Syri quasi e mediis tot bellorum flammis antiquam  
suam dialectum, saltem in scriptis adhuc puriorem, e-  
reptam retinuerint, non mirum, quod magis Septentri-  
onales Armeni, ab istis in Syria ac Perside motibus lon-  
gius distantes, Linguam suam adhuc magis intemeratam  
servaverint.

XV. Idem asserimus de bellis Arsacidarum auspicio  
gestis contra Graecos, Romanos, Persas, & populos  
circumiacentes alios, puta Albanos, Aterpatunios, &  
circa Caucasum habitantes, quorum prolixior descri-  
ptio non est hujus spatii. Licet enim varia fortuna Ar-  
meni bellaverint, nunc viatores extiterint, nunc victi

XIV.  
An bella  
Lingua  
Haicanam  
mutaverint,  
everso Hai-  
canorum re-  
gimine.

tributa solverint; nunquam tamen antiquam suam Hacanam Linguam mutasse dici possunt, quam diu haec prosapia Armenici regni clavum tenuit: quoties enim hujus nationis homines cum extraneis mutuum sermonem executi leguntur, id non aliter intelligi potest, nisi quod vel per interpretem id factum sit, vel quod Armeni, potentissimos populos vicinos habentes, optimates minimum & in confiniis habitantes eorum quoque, vel illi horum, Linguam calluerint, & hac ratione cogitata sibi invicem exposuerint.

XVI.  
Commercia  
quid fecerint.

XVI. Commercia tandem Armeniam inter aliasque gentes intercessisse, dubitare nos non finit mutuus usus atque necessitas, qua quisque quae sua tellus non fert ex aliena undecunque accersit. His quantum in Linguam aliquam depravationis induci posse, ut alias taceamus, sola vulgaris hodierna mercatorum Armeniorum dialectus abunde testatur. Antiquissimis vero temporibus quiaenam Armenii commercia habuerint ab auctore nostro proditum non est; unde, & quod Armenia, quae ad vitam tranquille agendam, ad victum & amictum requiruntur, affluentissime proferat, conjicere licebit, ea non adeo frequentia fuisse, atque hodie sunt. Unicum tantummodo hic commemorare juvat: quod nimis Armeni, teste Xenophonte, rei pecuariae multum dediti, generosorum equorum magnam aluerint copiam, & equos Cyro tributi loco solverint. Quem morem adhuc hodie observari, Persarumque regi in *Ղարաբաղ* *Gandzak* Provinciae vulgo *Ղարաբաղ* Gharabagh Majoris Arme-

# DISSEMINATIO.

31

meniae equos plurimos ali, & a provinciae Praefecto  
strenae loco mitti, a Viris Armenis fide dignis accepimus.  
Unde & illos תנומת כוסים פרשים ופדרים נתנו עבונץ' מנבית תורמה כוסים מנבית ופדרים נתנו עבונץ' מנבית תור-  
גומי, equos & equites & mulos in fora Tyri addu-  
centes, Armenos fuisse non sine ratione putamus. Hi  
enim non solum Prosapia Japhe-  
tica, sed & Domus Thorgomi apud  
Chorenensem nostrum, & alios auctores suos, se ipsos  
vocare solent. Inde autem voces fortassis aliquas secum  
in Patriam reduxisse potuerunt, sed iis Linguam suam  
Haicanam mutasse, ne probabile quidem ulli videbi-  
tur.

Ezech.27:14

XVII. Mansit itaque Հայկակոն Եզրու haec Haica-  
na Lingua, a primis post turris Babylonicae destructio-  
nem annis, in Haicana seu Armena natione immunis,  
quam diu ea, ad quartum usque, post Christum na-  
tum, seculum, & ulterius, regibus suis Haicanis & Ar-  
facidis gavifa est. Sed, quod nunc excutiendum venit,  
characteribus propriis, quibus Haicanae voces signaren-  
tur, destituta. Adhibebant autem in scriptis suis literas  
tum Persarum, tum Graecorum, uti testatur Moyses  
noster: Պատրիսից և Յաւնաց, որովք այժմ դեղից  
և դաշնաւց, ևս և իւրաքանչիւր առանձնա-  
կանութեց և հանուրց հակառակութեց, և դաշնաց այժմ  
առ մեզ գտանին անբար զրուցաց մատեանք: Char-  
acteres erant Persarum & Graecorum, in quibus adhuc  
vicorum & provinciarum, domuum particularium &  
controversiarum, imo & foederum apud nos immen-

XVII.  
Perseveravit  
Haicana Lin-  
gua usque ad  
interpretes  
propriis cha-  
racteribus de-  
stituta.

Chor. Hist.  
Arm. Lib. I  
Cap. 2, p. 9

*sa inveniuntur historiarum volumina.* Divisa enim Armenia major a minori, illa hoc tempore a partibus Persarum regis stabat, haec Imperatori Graecorum parebat. Unde afflictionibus utrinque gravissimis terra devastabatur, & innumeri codices, vel ob hoc solum quod graecis characteribus scripti, flammis immissi comburebantur. Huic malo sapientiores medelam adhibituri, collatis studiis aliam scripturam, Linguae suae magis convenientem, & characteres Haicanos sonos accurius atque distinctius experimentem, parare studuerunt: quod a nonnullis frustra tentatum, tandem a Miesrobo quodam felicissime praestitum est.

XVIII.  
Miesrobus  
inquirit in  
novos Cha-  
racteres.

XVIII. Occasionem autem ad haec molimina dabat insuper Christiana religio, tertio seculo Tiridatis regis & S. Gregorii auctoritate in Armeniam publice introducta, & exponenda in usum fidelium Biblia sacra, quae in textu Graeco populus Armenus neque legere, neque intelligere poterat. Hanc infelicem plebis Christianae sortem miseratus Մեսրոպ vel Մեսրոբ Miesrob, cum a secretis esset Armenorum regibus Warazdato & Arfaci IV. aulicam vitam cum monastica commutavit, & studiis sacris, ac inveniendis characteribus se totum dedit, uti diserte narrat Chorenensis no-

Moys. Chor. ster: 'Ի Վարդապետեւերանելցն Մեսրովայ ոչ փոքը  
կրէր վտանգս, քանզի ինքնէր ընթերցող և Թարգմանիչ  
Եւ եթէ այլոք հանդիսակէր՝ որ ընթեռնոյր՝ ուր նաոց  
լինէր՝ զանխուլ'ի ժողովրդոցն լինէր, յաղագս ոչ լինել-  
լոց Թարգմանիչ վասն որոյ եդ՝ ի մտի հնարս գտանել  
նշանագիրս Հայոց լեզուիս, և արկեալ զանձն ՚ի ջան  
պէս'

Pag. 395.

պէսպէս հնարիւք տաժանիւր. Non parum molestiae sustinebat beatus ille Miesrobus, quoniam ipse erat & lector & Interpres; & quando contingebat, ut quis legeret eo absente, non intelligebatur a populo, quia desiderabatur interpres: hac de causa mente sua concepit propositum inveniendi characteres Haicanae Linguae, quod cum moliretur varias sustulit difficultates.

XIX. Quotquot autem Miesrobo huic difficultates occurserint, a suscepto labore absterreri non potuit, sed indefesso pede perrexit, Viros eo tempore in literis claros ubique consulens. Ac primo quidem Patriarcham Armenorum adiit Isaacum Magnum, postea & Habem quendam, qui literas effinxerat juxta typum Graecanicum, sed ad exprimendos omnium Haicanarum vocum sonos minime sufficientes. Ab hoc igitur progressus descendit in inferiores partes Mesopotamiae, ad Danielem quendam Episcopum, hinc Edeßam ad Platonem quendam Rhetorem Ethnicum, archivo praefectum, quocum variis modis figuræ efformans, & vocibus applicans, nec dum sibi ipsi satisfacere potuit. Rhetor quoque inscitiam suam confessus Miesrobo indicat, se habuisse magistrum & in munere suo antecedentem Epiphanium, omnis literaturæ peritissimum, quem omne ejus desiderium adimpleturum confidat. Ad hunc igitur tendens Miesrobus Samosatae audit mortuum esse Epiphanium, reliquo discipulo suo Rufano in hellenicis literis ad stuporem eruditio, ad quem etiam venit, sed opera ejus nihil profecit. Quare solitus ad preces tandem se convertens Miesrobus, teste Choren-

Miesrobi labores & itineraria ut inventaret characteres.

## XIX.

nensi, Miesfrobi discipulo, characteres diu quae sitos vidit simul & semel menti suae miraculose exhibitos, quos statim delineavit, & ad suos reversus est.

**XX.**  
Characteres  
Armenae  
Linguae a  
Miesfrobo  
inventi in-  
troducuntur.

XX. Ob tantum Dei beneficium Miesfrobis gaudio perfusus, ad Isaacum reddit, & inventos characteres ostendit. Patriarcha eos Regi Armenorum Vramschapu ceu Haicanae Linguae convenientissimos commendans, facit ut statim summa auctoritate introducati in scriptis Armenorum adhiberentur. Misso quoque Constantino polin Miesfrobo per literas ad Imperatorem Theodosium minorem, & Atticum Archiepiscopum datas obtinet, ut iidem characteres ab omnibus Haicanis Armeniae minoris incolis pariter recipiantur. Epistolas illas Isaaci hac occasione ad Theodosium & Atticum scriptas, horumque responsonem vide apud Moysen Chorenensem Historiae Armeniae Libro III. Cap. 57. pag. 419. s. Laudes vero eximias Miesfrobi & Isaaci in Rhythmis Nieresis Clajensis, pag. 480. Confer sis Galanum Concil. Ecclesiae Armeniae cum Rom. Cap. VII. pag. 63.

**XXI.**  
Promovent  
Linguam &  
literas Mief-  
robus, Isaacus,  
Interpretes.

XXI. Ditatam propriis characteribus Haicanam Lingua Miesfrobis & Isaacus magis ac magis uberiorem phrasibus atque compositis reddere instituunt. Lectissimos quosque Juvenes, dociles, flexibilis vocis & fortis spiritus congregant, eos recens natis literis imbuunt, & ad discendas artes, scientias, ac Linguis quascunque mittunt Athenas, Byzantium, Edessam, & Alexandriam, qui aliquot annorum studiis tantos fecere progressus, ut & Graeci eorum eruditioni invidenter. Hinc, teste Patriarcha,

Okt.

Օխմաստութե ծաղիկս առ եալ.  
Արակէս մեզու թեօք բարձ եալ  
Յեկեղեցիս Հայոց բեր եալ:  
Այսէ Ոնզահս Դաւթիւ եղ եալ:  
Եւ Մամբըէիւ այլք հետե եալ:  
Այնքան շնորհօք վերին լոց եալ:  
Մինչդի Յունաց գերազանց եալ

Nierces Claj.  
in Hisus  
Uerdi pag.  
481.

*Decerptos Sapientiae flores  
Ad instar apum alis onusti  
In Ecclesiam Armenam adduxerunt.  
Tales fuerunt Moyses Chorenensis, & David  
Philosophus,  
Mambraeus etiam, & alii sequentes.  
Tanta gratia superna impleti  
Ut & Graecos supergressi sint.*

Hi enim, *νατ' ἔξοχὸν διηρητικόν* *Interpretes dicti*  
non Scripturam solum sacram, sed & alios philosophi-  
cos atque Historicos libros plurimos ex Graeca & Sy-  
riaca Lingua in Haicanam transferentes, expositiones  
in V. ac N. Testamenti libros conscribentes, Hymnos-  
que facros pro coetu fidelium adornantes, facti sunt  
columnae Ecclesiae Armenicae, quorum fidei Confessio-  
nibus, ut *ὑποτυπώσει* sanorum verborum, Armeni adhuc  
firmiter insistunt, & acceptos ab iis ritus atque tradi-  
tiones constanter defendunt.

XXII.  
Felicit Secu-  
ri infelix exi-  
tus.

XXII. Hoc itaque seculum, quartum post Christum natum, divina certe benignitate ac singulari providentia Haicanae genti fuit concessum, ut per verbum Dei in vernaculam Linguam versum, per pios & eruditos Doctores eorumque Homilias ac Symbola in fide Christiana firmaretur, & contra imminentes calamitates, persecutions gravissimas, & apostasiam muniretur. Accepto enim isto omnis sapientiae thesauro, interpretes eorumque discipuli bonas literas singulari zelo ubique promovere ac propagare laborarunt, cum jam malorum in Ecclesia Armenica fierent initia, & instaret cum Arsacidarum excidio regni quoque ταναλεθρία. Deturbabatur enim a Persis & Patriarcha Isaacus e solio, & Rex ethrone suo, suffecto in locum istius impio Suermak Syro, hujus vero, homine Persa Wimiher Schapù. Calamitates eo tempore exortas vide graphice depictas apud Moysen Chorenensem, Hist. Arm. Lib. III. Cap. ultimo, pag. 453. Et apud Patriarcham Niersl. Claj. in Hisus Uerdi, pag. 482.

XXIII.  
Post obitum  
Arsacidarum  
& Interpretum quidfa-  
sum.

XXIII. Post Arsacidarum & Interpretum excessum quot miseriis, bellis, ac haeresibus pressa, atque dilacerata sit Armenorum regio & religio, hoc loco dictione non potest. Lingua antiqua Haicana communis esse definens in Libris servabatur, inde Πατηγ Եղու Literalis Lingua vulgo dicenda, distinguenda ab ista Աշխարհական Եղու civili seu forensi Lingua, quae innumeris vocibus peregrinis mista, juxta provincias in varias dialectus abibat. Respirabat terra paulisper sub Bagratidarum regime, mox succendentibus seculis inundanda

Ha-

Hagarenis, Saracenis, Chorazmiis, & miserrime de-  
vastanda ab Aegypti Chalifis. Postea Major Armenia  
potenti Persarum, minor autem Turcarum imperio ad-  
iecta, desolata ab inhumano isto flagello Dei Lanc Ta-  
muro, triplici invasione & gentem Armenam & Linguam  
& libros omnes deleturo. Tandem a Turcis ac Persis  
recuperata regio, quid huc usque, praeprimis in novis-  
sima Araratensium transportatione versus Iracam Per-  
sarum perpessa sit, describit Arrakhel in Historia supe-  
rioris seculi pag. 37. ss.

XXIV. Non mirum proinde fuisset, si populus Ar-  
menus, ab ipsis temporibus suaे Nationis regibus &  
ducibus destitutus, ab inhantibus lupis tot invasioni-  
bus ac depopulationibus penitus absorptus, & Haicana  
Lingua ex omnium memoria plane deleta fuisset. Sed  
id non intendit irae Divinae vehementia, ut Armenos  
quasi Amalekitas sub coelo extinctos voluerit. Habue-  
runt enim, uti adhuc habent, Armeni omnibus seculis  
aliquos in sua gente pietate ac literis claros Viros, qui  
se universali defectioni atque barbarie opposentes, in  
natione sua religionem, in religione autem, ejusque  
publico exercitio, Lingua antiquam per scripta sua con-  
servarunt. Tales fuerunt Interpretum discipuli Elisœus,  
Leontius, Enochus, Gind, Dadan, Korion, Abra-  
ham Rector, Joseph, Iégenik. Illos secuti: Johannes  
Mantacunensis, Ananias Schirakensis, Moyses & Co-  
mitas Arracazuëtani, Isaacus Dsuërapuërens, Stepha-  
nus Siunensis, Gregorius Nariekensis, Gregorius Ma-  
gistrus, Gregorius Wkajafér. Nierces Clajensis, Nier-  
ses

XXIV.  
Viri inter  
Armenos  
celebriores  
ab Interpre-  
tibus huc uf-  
que.

Chor. Hist.  
Arm. p. 429.

Scharak. p.  
778.

ses Lampronensis. Wardan Wardapiet, Jacobus Clajensis, Johannes Pluz, Mechitar Guëschik, Gregorius Skyrrensis. Item superiori seculo, & adhuc florentes:  
Arrakkel.  
Hist. p. 263.

Paulus & Isaacus Mukenses, Johannes Urhagensis, Melchised Erivanensis, Chatschatur Caesariensis, Uskan Erivanensis, Stephanus Leopolitanus, Michael & Simon Sjulfajenses, Moyses Bitschnensis, Alexander hodiernus Patriarcha Etchmiadzensis, Arrakhel Tavrisensis, Wardanus Thochatensis, Miesrobus Abbas, Sukias Episcopus, Deodatus Leopolitanus, Thomas Wanandensis, Lucas Nurigianides, &c.

**XXV.** Horum studiis ac scriptis antiqua Haicana Lingua conservata, & ad posteros propagata est, donec ea superiori demum & hoc nostro seculo, typographiae beneficio, aeternae memoriae mandarentur. Quod factum Venetiis, a Doctoribus & Mercatoribus Armenis, & Sjulfae prope Ispahanem Persarum, Romae, a Congregatione de propaganda fide, Amstelodami, ab Uskano Erivanensi, qui eandem typographiam secum abduxit Marsiliam Galliae, unde ea translata est Constantinopolin; Leopoli; Parisiis, ab Eminentiss. Cardinali de Richelieu; Lipsiae, ab Acolutho. Tandem nitidissima haec typographia erecta Amstelodami sumtibus Venerandi Archiepiscopi Thomae, cuius dignissimus possessor haereditario jure factus est illius ex fratre Nepos, laudatissimus Lucas Nurigianides.

**XXVI.**  
Libri Impressi Armenorum primariae.

Ex his typographiis prodiere opera varia, maximam partem Ecclesiastica, utpote nationi magis ne-

necessaria. *Venetiis*, Աւշոց Djaschuëts, Volumen <sup>Venetiis</sup> spissum in folio, continens Evangelia, Epistolas & homilias, lectiones sacras per totum annum, Hisus Uërdi, Tagaran seu Hymni sacri, Evangelia, Psalmi, preces & opuscula nonnulla e Latino in Armenum sermonem translata. *Sjulfæ*, Vita Eremitarum, Missale, Horologium magnum Վանք Atieni dictum. *Rome*, Historia Armena, item Conciliatio Ecclesiae Armenicae cum Romana, & Grammatica, a Galano edita; porro Ordo Missae Armenorum juxta ritum Romanum, Doctrina Christiana Bellarmini, Thomas a Kempis, Cardinalis Bonae manuductio ad coelum, Flos virtutum, Speculum veritatis, Grammatica Iohannis Agop, Deodati Lexicon Latino-Armenum, &c. *Amstelodami*, opera Uskani Erianensis, Biblia Sacra <sup>Amstelod.</sup> V. & N. Testamenti in 4<sup>o</sup>, eadem, quae perperam inutili Petraeo adscripta, Scharaknuëts, seu Liber Canticorum Ecclesiasticarum, Horologium parvum, Hisus Uërdi, Historia Arrakhelis, Calendarium perpetuum, Synopsis Geographiae Universalis Moysis Chorenensis & aliorum, Catechismus Armeno-Latinus juxta exemplar Romanum a Karapiete Adrianopolitano, & Petro Simpro editus; Marsiliae, Horologium magnum, Psalterium, Աւշոց Maschtuëts, i. e. ritus sacri, & Preces quotidianae; *Constantinopoli*, Gregorii Nariekensis opera, Menologium seu Historia Martyrum, Scharaknuëts, Psalterium, Tagaran, & minora opuscula alia. *Leopoli*, Quotidianae preces lingua Tartarica typo Armeno, in usum Armenorum in Tartaria minori habitantium.

Parisii.

tium. *Parisiis*, Rivolae Lexicon vulgaris Linguae Armeno-Latinum. Lipsiae, Obadias Armeno-Latinus, Acoluthi.

XXVII.  
Amstelodamensis  
Typis  
Archiepiscopi  
Thomae excusi  
libri.

Tandem, qui ex Amstelodamensi Thomae prodiere Libri nitidissime & accuratissime excusi, maximam partem sumtibus praelaudati Archiepiscopi, ac diligentia summa Lucae Nurigianidis, sunt sequentes:

1. Ա Յաշունչ Եղր Կտակարան Novum Testamentum in 12. Anno 1698.

2. Ղ զգաբանութիւն Տարեթեան. յօրինեցեալ 'Ե Ո՞մլսիսէ լոորենացւոյ յեռամեծ Ա արդապետէ, և յոգներախտ Քերթողահօրէ Genealogia prosapiae Japheticae, S. Historia Armenae nationis, adornata a ter magno Doctore Moyse Chorenensi, in 8<sup>vo</sup>. A<sup>o</sup>. 1695.

3. Ը արակնոց, Liber Cantionum, seu Hymnorum Ecclesiasticorum, Liber Musicus, in 8<sup>vo</sup>. Anno 1702.

4. Ժ ամակարդութիւն հասարակաց աղօթից Horologiū parvum communium precum in 8<sup>vo</sup>. Anno 1705.

5. Բ նաբանութիւն իմաստասիրական կ Տարերաբանութիւն Meteorologia physica. in 8<sup>vo</sup>. Anno 1702.

6. Չ ոգնադիմի Ա Յաբանական Շարոյական և Վաղաքական իրողութեց սահմանք Variae theologicarum, moralium, & civilium rerum definitiones. in 8<sup>vo</sup>. 1704.

7. Գ րանձ չափոյ կշռոյ թնոյ և դրամից բոլոր աշխարհէ Thethesaurus mensurarum, ponderum, numerorum & numerorum totius mundi, in 8<sup>vo</sup>. Anno 1699.

8. Ու

8. Ասկեայ դաւոն գպրատան Յանա aurea pro juvenitate Armena, in 8<sup>vo</sup>. Anno 1699.

9. Համաձայնութիւն հսկետեսակ ամսոց Հոօմիոեցւոց,  
Իզարիայի, Հայոց, Հրեեց, և Տաճկաց Harmonia  
quintuplicis mensis, Romanorum, Azariae, Arme-  
norum, Hebraeorum & Muhammedanorum, in 12<sup>mo</sup>. Anno  
1698.

10. Թամայի Քեմփիացւոյ յաղագու համահետեմանն  
Վի Thomas a Kempis de imitatione Christi, in 12<sup>mo</sup>.  
Anno. 1696.

11. Չեռածութիւն յերկինս Բանայի վսեմագունի կար-  
ինալի Manuductio ad coelum Bonae Cardinalis, 1705.

12. Պաշտօն սուբք Պատարագին Officium sacrae Mis-  
sae, 1704: in 8<sup>vo</sup>.

13. Համատարած աշխարհացոյց Mappa Geographi-  
ca Universalis, Armenis characteribus in forma maxima,  
& nitidissima. 1695.

14. Ռանալի Համատարած աշխարհացուցին Clavis  
ad Mappam illam Geographicam universi, 1696.

15. Համառօտ Քերականութիւն և Տրամաբանութիւն  
Synopsis Grammaticae, & Logicae, 1710. in 8<sup>vo</sup>.

XXVII. Hodiernum itaque literarum cultum in Armenia quod attinet, sciendum, Armenorum studia ple-  
raque hodie versari circa antiquam Haicanam literalem  
Linguam, & circa sacra seu Ecclesiastica, preeprimis  
in monasteriis celebrioribus. Quotquot enim sacris ini-  
tiari, & Gradum aliquem in Ecclesia, obtinere cupiunt,

XXVII.  
Hodierna  
Armenorum  
studia.

eos oportet, ut primum Grammaticam Haicanac Linguae addiscant, & tum demum ad legendam Scripturam sacram & alios quoscunque libros Ecclesiasticos, Symbola, Hymnos sacros, ritus Ecclesiae, & ad Concilia ac Traditiones Patrum, animum applicent. Hinc inter Armenos invenies, qui non tantum Psalmos omnes & Evangelia, sed & Jobum, Proverbia Salomonis, Esaiam, Epistolas Pauli, imo maximam partem codicis sacri memoriter tenent, & ad unguem recitant, voces simplices, ad stuporem usque quoties & ubi legantur, expedite indicent. Historiam etiam suae gentis, Ecclesiae & Sanctorum diligenter recensent. In controversiis Christianam religionem spectantibus, Armenis & olim & hodie motis, de Deo Uno ac Trino, Deitate Filii, de Processione Spiritus Sancti a Patre Filioque, de naturae Divinae & humanae unione ac distinctione in persona Christi, & de Primatu in Ecclesia, sedulo se exercent, de caeteris parum solliciti traditionibus ac ritibus Patrum adeo firmiter adhaerent, ut ab illis nulla ratione abduci queant. In his studiis exerciti, accedente inculpatae vitae testimonio, Sacerdotes, Doctores, Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchae creari atque eligi solent. Juris consulti in preffa natione nullum habent locum. Medicum vix unum repieres, sed vel alienigenas consulunt, vel sibi ipsis medentur. Seculares, mercaturat vel opificiis, vel agriculturae operam dantes, legere & scribere didicerunt plerique, Hymnos autem Ecclesiasticos & preces ordinarias omnes callent. Inter hos quoque nonnunquam Viri inveniuntur in religione sua, & con-

controversiis supra dictis , nec non in linguis, praepri-  
mis Orientalibus, eximie erudit. Haec de fatis Haica-  
nae Linguae, a primo ejus ortu ad haec tempora pro-  
ductis, hac vice sufficient. De manuscriptis praestan-  
tioribus, ut & de impressis Libris, agemus infra, & in  
*Bibliotheca nostra Armenica*. Ne ultra justam molem  
Dissertatio haec excrescat, hic abrumpimus, ut pauca  
adhuc de Indole atque Usu hujus Linguae adjiciamus.

## C A P U T T E R T I U M.

*De Indole Linguae Armeniae.*

I. EXPOSITIS Antiquitate & Fatis Haicanae Lin-  
guae, proximum est, ut dispiciamus quanta sit ejusdem  
ab aliis Linguis differentia, vel cum illis convenientia,  
& quaenam sit propria hujus natura seu *Indoles*. Cum  
enim Cardinalem dixerimus Haicanam Linguam , vi-  
dendum est, an ea revera tales aliis *աղլուր բարեառս*  
*մանդոտ ֆոնս* contineat, qui Haico, tanquam *ց’լ, ա-*  
*նարար* Praefecto impii moliminis in exstruenda turri,  
a Deo in majorem poenam immissti, & in hanc usque  
diem in Haicana Lingua conservati sint. Hoc demon-  
strabunt vocabula res naturales primum cognitas & in  
oculum incidentes significantia, ceu omnium antiquis-  
sima. Sint pauca ex multis sequentia: *Աստուած* Astuadz  
Deus, qf. *աղջու ած* pro *ածօլ* efficaciter producens.  
H 2

I.  
Cardinalem  
esse Haica-  
nam Lin-  
guam proba-  
tur ex Voci-  
bus ejus pro-  
priis.

Neb

Ուղի uëgi *Spiritus*, Հրեշտակ Hrieschtak *angelus*, quasi  
*ignitus*, uti Տուր կիզելի *ignis flammans* Pf 104: 4. Ալս  
 mit mens, Տողի huëgi *anima*, մարմն *marmin corpus*, աչք  
 atschkh *oculi*, բելք khith *nasus*, բերան biérans *os, oris*,  
 ատամն *dens*, ականջ akandsch vel ռենկն unkn  
 auris, պարանոց paranüets *collum*, բազուկ bazuk *bra-*  
*chium*, ձեռն dsierrn *manus*, սիրս sirt *cor*, ծունկն  
 dzunkn *genu*, ոտն uëtn *pes*, այր air *vir*, կին kin *u-*  
*xor*, էգ ég *foemina*, Տայր hair *pater*, Մայր mair *ma-*  
*ter*, Եղացը rieghbair *frater*, Քոյր khuir *soror*, որդի  
 uërdi *filius*, աղօհկaghdschik *puella*, Երկին ierkin *coe-*  
*lum*, արեգ sol, արև ariëv *radius solaris*, Տուր  
 Hur vel Կրակ krak *ignis*, օդ od aér, Ջուր dschur *aqua*,  
 Երկիր ierkir *terra*, աշխարհ aschchharh *mundus*, շեն schen  
 aedificium, տուն tun *domus*, գետ giët *fluvius*, ծով  
 dzuev *mare*, ձուկն dsukn *piscis*, ծառ dzarr *arbor*, լուս  
 chhuët *herba*, ծաղկ dzaghik *flos*, շուն schun *canis*,  
 ձի dsi *equus*, ցորեան tshirean *triticum*, գարի gari *hor-*  
*deum*, համ hat *granum*, հաց hats *panis*, մեր tér *do-*  
*minus*, իշխան ischchhan *princeps*, բարի bari *bonus*,  
 մեծ miédz *magnus*, գեղեցիկ giëghietfik *pulcher*, բաղցը  
 khaghtsr *dulcis*, մին min *unus*, երկու ierku *duo*, երեք  
 ieriék *tres*, չորս tschuérkh *quatuor*, Տին hing *quin-*  
*que*, &c. ս f, գ d, ն n, vel սս fa, գս da, նս na;  
 vel այս ais, այդ aid, այն ain, hic, iste, ille, իւր iur  
 suus, միմեանց mimeankh *invicem*, սիրել siriél *amare*,  
 ատիէլ atiél *odisse*, գալ gal *venire*, գնալ gnal *ire*, &c.

II. Sed quoniam, uti ex Moysè Chorenensi ostendi-  
 mus, variae nationes Armeniam ingressæ, & exteri bel-

lo eam aggressi sunt, quos vocabula aliqua in Haicana <sup>peregrina</sup>  
lingua reliquise monuimus, hinc non sine jucunditate  
eorum vestigia legemus. Hebraica certe a Genthuniis  
vel Bagratidis, vel etiam a posterioribus captivis in Ar-  
menia manserunt sequentia : אָרֶר or dies, אַרְיָה arriudz leo, גָּזָת gzath vel-  
lus, דִּין dien ju-  
dicium, הַלְּלוּ יְהֹוָה Alleluja laudate Dominum,  
חַמֵּר dseth oleum, חַול chhol arena, כְּחַמְּרָא chhmuér fermentum, כְּכָר khakhar placenta, &c  
קַרְמִיר karmir coc-  
cineum, קַרְקָעָם kherkhum crocus, כְּרַכְמָם kupr pix, לְשׁוֹן liezu lingua, מַגְלָל mangagh falx messoria, a mesh palvarvit mschusch  
tenebrae spissae, uti יְמִשְׁחָר Exod. 10: 21. עַב amp nubes, עַרְן Eden, עַרְבָּה arra-  
vot crepusculum vespertinum & matutinum; item mane,  
זָהָם dzuém jejunium, צְנַצְלִים dzendzeghai  
tin hin abulum, שְׁבָת schabath sabbatum, שְׁטָן  
שָׁטָן satan adversarius, שְׂטָר satar gubernator,  
חַבְלָל thavaliel circumrotare, de sphaeris colesti-  
bus.

III. Chaldaeo-Syriaca occurunt : אֲרִיהָ oren lex, קֻרְקָעָד kuékuérd guttur, גָּוִרְיָה kuéri-  
uen catulus leonis, דָּוִל duil situla, גָּזָר dar se-  
culum, וְהַלְּשָׁאָל sueghal serpere, לְלָאָל lat flere,

III.  
Chaldaeo-  
Syriaca.

אָסֵת וְנַדְעָת andam membrum, כְּהֵנָּה בְּאֶחָד khah-nai sacerdos, הַוְּנִכְרֵת kharuz praeco, concionator,  
& concio, חַקְעָתְךָ בְּאֶרְטָחָה khartes charta, לְקָרְבָּתְךָ  
lakiel lambere, מְלֹאתְךָ makhs veetigal, פָּרָקָה  
prak Caput Libri, רְכֹזִי רְכֹזֶת rabun magister, שְׁפָר  
שְׁפָרְתָּה schpariel infucare faciem, שְׂדָה טְרָבָה frah pa-  
latium, תְּגָןָה thag corona, תְּגָןָה בְּאֶרְטָחָה  
thargmaniel interpretari.

IV.  
Arabica.

IV. Arabica, a Saracenis introducta, sequentia: انك  
 انک انک anak stannum, بخاری مساوی bazé accipiter, داتا  
 مساوی مساوی thuéthuëv balbus, تکا مساوی thikunkh hu-  
 meri, جنیه خانیانیانی djanaparh via, جوزق مساوی go-  
 zak gossiprium, خب مساوی chhabiel decipere; خرل  
 مساوی مساوی chhaziël delineare, سراج خرل djerag lucerna,  
 عروس خارسی harsn sposna, درگاه مکانی skavar-  
 rak paropsis, طارم گلی tsiets curculio, ملکه مساوی thril  
 volare, عق مقراض مساوی arcus, میرزا me-  
 krat forsex, کرباس گیریان kierbas carbasus,  
 گرسنگی مساوی khsak crumena, موم میند muëm cera, نیزک نیزک  
 nizak hasta, نفط نارفہ naft naphtka.

V.  
Vocabula  
Parthica,  
Persico-Tur-  
cica.

V. Antiqua Parthica ab Arsacidis in Armeniam introducta vocabula, Persis etiam & Turcis communia, sunt: **بَدْجَنْت** *bachht fortuna*, **بَدْجَنْت** *wat Belgis quaed malus*, **لَعْنَقْدَار** *watthar* **أَجِي** *salsus*, **سَفْرَانْ** *aghi*

pejus, բէր biēr fructus, օրինակ brinds oryza,  
باقلا բակլաj bakla faba, անգամ angam vice,  
دیپاچ դիպակ dipak vestis serica, درخت drachht  
hortus, درشت դրամ dram nummus, drachma, pondus,  
دشت դաշտ dascht planities, դահլիջ dahlidj  
vestibulum, گور گور یرceus, عربل یاربیل ghar-  
baliēl cribrare. فرسخ փարսախ parsachh parasanga, con-  
tinens مدل و هر میلی میلی هزار کرومه کنی سی و دو  
اصبع و هر اصبعی مقدام عرضی ششین جمی  
tria milliaria, Օ milliare ter mille ulnas, ulna triginta duos digitos,  
digitus quantum latitudo sex granorum hordei, Schah  
Cholg. Astron. Pers.

VI. Graeca per bella, scientiarum studium, & per  
Christianam religionem Armenis innotuerunt, ut: արքայ  
arkha ἄρχων, այլ ail ἀλλά, ἀλλος, ապ ap ἀπό, հոմ huém  
հոմ, Եկեղեցե iekiegieti ἐκκλησία, պատրիարք Patriarg  
πατριάρχης, Եպիսկոպոս Iepiscopūēs Επίσκοπος, Երեց iéréts  
sacerdos & natu major filius iερεύς, սաղմոս saghmuēs  
Վալմէ, Կաթուղիկոս kathuēgikuēs καθολικὸς, Կիրակի kir-  
taki κυριακή. ՏԵՂանոս hiēthanuēs ἑθνικός, մօրոս moruēs  
μωρός, տոկոս tuēkuēs τόνος, պնակ pnak πνάξ, փալանգ  
palang Փալանց, Կանոն kanuēn κανόν, իւլէ iule Սև, կլիմաj  
klima Ալիմ, բրաբիս brabiueñ βραβεῖον.

VI.  
Graeca.

VII. Haec & pauca alia Linguarum quarumcunque  
exo-

VII.  
Quid de pere-  
grinis i stis  
vocabulis te-  
nendum.

exoticarum vocabula Haicanis adhiberi solita, nulla ra-  
tione conferri merentur, cum vasto illo Haicanarum  
vocum oceano, quibus peregrina ista, paucis exceptis,  
omnia Haicane reddi non minus commode atque em-  
phatice possunt: & proinde, si qua alia, haec certe an-  
tiqua, seu literalis, Haicana Lingua summo jure Car-  
dinalis dicenda est, & mater, cuius filiae in omnibus  
Armeniarum provinciis adhuc vigentes, variis dialectis  
ex hodiernorum ore Armenorum audiuntur, sed vix  
ullibi, nisi in mercatorum & amicorum epistolis fami-  
lia ibus conspicuntur. Hae enim, prisco matris habitu  
mirum in modum mutato, nunc variegata nova Arabica,  
Persica, Turcica, & quavis alia, Armenicae intertexta  
veste incedunt, corruptae omnes, & adeo degeneres  
factae, ut nec ipsa mater a filiabus istis sine peculiari stu-  
dio intelligi possit: Confer quae de differentia antiquam  
inter Haicanam Linguam, & hodiernas dialectos di-  
cuntur in Praefamine ad Synopsin Civilis Armenorum  
Linguae, pag. 299. & seqq. Item Specimina data in  
Dialogis, & Epistolis vulgaribus pag. 391. & 394.

VIII.  
Intima Hai-  
canae Lin-  
guae natura.

VIII. Intimam igitur antiquae, quam nunc primario  
intendimus, Haicanae Linguae naturam, in Gramma-  
tica prolixe satis explicitam, hic breviter exponemus.  
Haec Lingua, Miesrobianis literis initio XXXVI. or-  
nata, quibus ♀ & o accesserunt, non Consonantibus tan-  
tum, sed & distinctis Vocalibus, uti Iberica & Europaeae  
omnes, a sinistra dextram versus scribitur ac legitur. Par-  
tibus Orationis octo absolvitur. *Nomen*, quod ordinarie  
radix est, ex qua derivata progerminant, non certo li-

te

terarum aut Syllabarum numero consistit, facilime tamen cognoscitur: nullo, neque in Substantivis, nec in Adjectivis, Generis discriminare per terminaciones discernitur: decem Declinationibus tam regularibus, quam irregularibus distinctum, per decem Casus minime contrahendos aut confundendos, in utroque, Unitatis & multitudinis, numero, inflectitur, tam incrementum finale in obliquis quam praefixa ab initio adsumens, Dualicrens. Eandem legem servant *Pronomen* ac *Participium*. Nullus hic Articulo, ut in Arabica; nec Statui vel constructo, ut in Hebraica; vel emphatico, ut in Chaldaeo-Syriaca Lingua, est locus: Declinatio hic est plane alia. *Verbum* a Nominе formatur, adiecta tantum terminatione Verbali, juxta characteristicam Conjugationum quadriformi, observata ubique Vocalium vel mutandarum, vel excludendarum natura, juxta Canones Generales: significatione potius quam terminatione Activum, Passivum, Transitivum, Neutrum. Conjugatio ipsa, seu formatio Temporum ac Personarum, Linguae peculiaris: Numeri heic quoque duo tantum: Personae tres, sed nulla Generis ratione habita: Modorum ac Temporum usus plerumque idem, qui in Graeca Lingua, ut & Participiorum: Gerundia vero ferme respondent his Latinorum. *Praepositiones*, tam separabiles, quam inseparabiles; *Adverbia* primitiva ac Derivativa, vel ex Nominibus formata, ut & *Conjunctiones* & *Interjectiones* Linguae huic propria, omnino Haicana sunt, ab aliis quarumcunque Linguarum, & literis, & sono, & terminationibus atque usu, quam maxime dif-

ferentia. Syntaxis Haicana magis cum Graeca & Latina conferri potest, quam cum ulla alia. Anomaliam Numeri & Casuum in constructione Adjectivi cum Substantivo, nonnullis adeo exosam, quod attinet, ( vid. Syntax pag. 179. Reg. III.) ea non minus ἐνΦωνος est, atque in Lingua Turcica, & Anglicana. De caetero Haicana Lingua satis regularis est, & voces certis legibus construendae, uti in Syntaxi docemus.

IX.  
Proprietates  
aliae Haica-  
nae Linguae.

IX. Porro ob frequentes Dentales & Gutturales literas, easque saepe sine intercedente vocali concurrentes, Gravis quidem Haicana Lingua, sed non horrida discorda est cuiquam, nisi venerum ejusdem plane rudi. Habet enim & haec suas in scriptura elegantias, antiquitate phraseos venerabiles, & energia dictionis commendabiles; pronunciationem autem fortitudini spiritus, & moribus nationis ad gravitatem compositis, convenientem. Vocibus tam simplicibus, epithetis, synonymis, quam Derivativis atque Compositis ditissima est, & hoc nomine plerisque Orientis & Occidentis Linguis praestantior, nulla inferior. In reddendis aliarum quarumcunque Linguarum sermonibus sibi soli sufficiens, τεχνολογία etiam Graecorum omnia genuinis suis Haicanis vocabulis felicissime exprimens, adeo ut, ad interpretanda Graeca nullam Linguam Haicana hac aptiorem esse existimem; uti videre est, tum in Versione Armenorum Biblica, tum in Patrum Ecclesiae & Philosophorum scriptis quam plurimis. Exemplo sint hoc loco ista prima verba Introductionis Porphyrii in Decem Praedicamenta Aristotelis, quae in textu Graeco &

& versione Armena Davidis Philosophi metaphraistica  
sic se habent :

Πορφυρίς Εἰσαγωγή.

Οὐτος ἀνηγναίς, χρυσα-  
όριες, καὶ ἐις τὴν τῶν πα-  
ρὰ Αριστοτέλει κατηγοριῶν  
διδασκαλίαιν τῇ γνῶναι τί  
γένος, καὶ τί διαφορὰ,  
τίτε εἶδος, καὶ τί ὕδιον,  
καὶ τί συμβεβηκός, ἔιστε  
τὴν τῶν ὄρισμάν ἀπόδοσιν,  
καὶ ὅλας εἰς τὰ περὶ διαι-  
ρέσεως; καὶ ἀποδεῖξεν,  
χρυσίμης ἔσις τῆς τέταυ  
θεωρίας, σύντομόν σοι πα-  
ράδοσιν ποιέμενος πειράσω-  
μαι διὰ βραχέων, ὥστερὲν  
εἰσαγωγῆς τρόπῳ τὰ πα-  
ρὰ τοῖς πρεσβυτέρως ἀπε-  
χόμενοι ζητημάτων, τῶν  
δὲ ἀπλωσέρων συμμέτρως  
δοχεισθμενος.

Պորֆիրի Աւաճութիւն

Ելոյ հարկաւորի՝ Վրբսաւորի՛՛,  
և յաւս Ռբսաստելի ստորոգու-  
թեցն վարդապետութի. գիտել  
զի՞նչ սեռ՝ և զի՞նչ տարբերութի  
և զի՞նչ տեսակ զի՞նչ յատուկ՝ և  
զի՞նչ պատահումն. և սահմանացն  
բացատրութի. և բոլորովին յա-  
ղագս բաժանման՝ և ապացուցի.  
պիտանացուի ելոյ սոցայցն տեսու-  
թի, համառօտքեղ ընձեռութի  
առնելով փորձեցայց՝ իձեռն սա-  
կաւոց՝ իբրներածութե յեղա-  
նակի. զառ ծերունեացն անցանել  
բանիւ, և 'ի խորագունիցն 'ի բաց  
կալ իինդրոց, և պարզագունիցն  
չափաւորապէս հանդիպելով:

Ex his, ut ex ungue leonem, cognosces singularem  
prorsus Graecam inter & Haicanam Linguam constru-  
ctionis analogiam, adeo ut nomen nomini, participium  
participio, &c, & ipsa vocum dispositio, exacte sibi  
respondeant, salvis Linguae idiotismis. Nota : Ելոյ  
օնտօ, Genitivus antiquus est, in philosophicis nonnun-  
quam adhiberi solitus, pro quo alias, uti in hoc ipso

Specimine, & adhuc hodie scribitur *Էլլյ*, abjecto *լ*,  
ab *Էւլ*, *օն*, Verbi *Էւս* Sum.

X.  
Sententiae  
quorundam  
Virorum e-  
ruditorum de  
Arm. Lingua  
excutuntur,  
refelluntur.

Tandem ex his omnibus constabit, quid censendum de testimonio tum antiquorum quorundam, tum recentiorum nonnullorum eruditorum Virorum, de natura & cognatione Armenicae Linguae dato. Strabo certe Geograph. Lib. I. dicit, τὸ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, οὐδὲ τὸ τῶν Σύρων, οὐδὲ τῶν Ἀράβων πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφάνει, οὐτα τέ τὴν διάλεκτον, οὐδὲ τὰς βίος, οὐδὲ τὰς σωμάτων χαρακτῆρας, οὐδὲ μόλις αὐδό πλησίοχοροί εἰσι. Quod ad vitae rationem attinet tenuem, & ad corporum formam vividam atque robustam, adde colorem facierum subfuscum, fateor, magnam esse Syros inter & Arabas atque Armenos convenientiam; quod ad Linguam vero, usi sunt Armeni ante literarum suarum inventionem & Syrorum characteribus, fortassis etiam illis Arabum: vocumque, maxime in finibus regionum, ut se invicem intelligant, saepe fit magna commixtio: addatur, communis his gentibus pronunciatio fortissima: sed si antiquam Haicanam Linguam, ejus naturam, ac Nominum Verborumque inflexionem consideres, nullam plane, vel valde exiguum, utrius istorum cum Armenorum Lingua cognationem intercedere, ex superioribus patet. Porro ex Phrygum Lingua Armena ortum duxisse dici nequit. Phrygia enim illa Celaenarum dicta, quae excipit Asiam, Solinus c. 40. In qua requievit arca Noachi, juxta Oracle Sibyllina, Josepho eadem est quae Thogarma Ezechieli, & Armenia Eusebio, atque adeo ab Armenica seu Haicana Lingua nequaquam distingueda.

da. Sed cum Aegyptia antiqua Armenicam eadem esse, admodum inconvenienter dictum, sed nunquam probatum est, & proinde nec prolixa vocum inductione refellendum.

## CAPUT QUARTUM.

### *De Usu Linguae Armenicae.*

I. NEMO est, qui seriam atque sedulam peregrinac  
alicui Linguac operam navabit, nec antea de Uſuejus  
dem sollicitus secum perpendat, an dignum labore suo  
praemium exinde sperare liceat. Lingua enim & loque-  
la nobis divinitus data est, ut res mente conceptas ver-  
bis proferamus, & quae ad commune bonum, ad co-  
gnitionem & sapientiam spectant, praesentibus com-  
municemus: Literae autem, Platone etiam ac Cicero-  
ne testibus a Deo concessae, ut Linguae vices peragant.  
Harum ope, quae auditu percipiuntur, oculis visibilia red-  
duntur, cum absentibus tanquam praesentibus loquimur,  
illorumque cogitata, inventa antiqua & nova, dicta,  
facta, non aliter ac si in conspectu nostro perpetrata,  
intelligimus. Varias igitur exoticas Linguis & literas  
addiscimus, ut cum variis populis eo felicius propria  
eorum dialecto commercia instituamus, & quicquid  
praeclari, sacri, publici, privati, in illis unquam factum

De Usu Lin-  
guarum & li-  
terarum in  
genere.

est, ex scriptis eorum cognoscamus, & in nostrum usum convertamus.

II.  
De Uso Ar-  
menicae  
Linguae in  
specie.

II. Armenica Lingua igitur, cum sit, post Hebraicam, una ex antiquissimis, & adhuc in libris Armenorum superstes, licet non sit ex illarum numero, quae magnam cum sacris, Hebraica atque Graeca, vocum convenientiam habent; habebit tamen vocabula aliqua, tum codici sacro, tum scriptoribus secularibus illustrationem & usum minime contemnendum latura. Haicana nation, cum juxta alias, primis post Christum natum seculis Christianam religionem amplexa sit, eandemque per tot secula sub aerumnis & afflictionibus gravissimis constanter retinuerit, antiquam Bibliorum sacrorum Versionem nobis exhibebit, Theologis ac sedulis Verbi Divini scrutatoribus omnibus commendatissimam. Historiam tradet non tantum sacram Ecclesiae Christianae, praeprimis Orientalis, Conciliorum, Canonum, haeresium & haereticorum, sed & priscorum Regum suorum atque Principum, eorum belli ac pacis, regiminis atque politiae, scientias item rerum naturalium seu Philosophicarum, in specie Geographiae, Astronomiae, & quicquid continet regio, herbas, flores, fructus, metalla, pisces, &c. quam liberalissime docebit, quorum specimina aliqua nunc, quantum tempus & instituti nostri ratio permittit, in medium profere mus.

III.  
Voces que-  
dam Arme-  
nicae in co-  
dice sacro  
occurrentes.

III. Ut voces multas ex aliis Linguis in Armenicam introductas esse supra probatum dedimus, ita vicissim non-

nonnullarum vocum, in aliis Linguis adhiberi solitum, originem propriam Armenica suppeditabit, eamque convenientissimam. Ex sacris sint sequentia: Quid non commenti sunt interpretes tam antiquiores, quam recentiores in vocem אַרְרָת Ararat? Montem ea significari praecelsum, hoc nomine proprio dictum, in quo arca Noachi quieverit, tantum non omnium haec tenus fuit persuasio, quem hebraica voce ita appellatum putavit Hieronymus ab אַרְרָת maledixit, ratione nulla: hunc tamen in indice Vocabulorum peregrinorum Biblicarum subjuncto Bibliis Armenis pag. 766. col. 2. una cum aliis secutus interpres Armenus, suae gentis historiae immemor, reddidit Արարատ Ararat Աղով սասանման maledictio tremoris, & անձք սասանման execratio tremoris: taceo alios. Sed genuinam ac propriam hujus vocis significationem ex Armenica Lingua petendam esse, nec montem sed գաշտ campum imo & Պատառն Հյոյց provinciam Armeniae, ( in qua est mons Մասիս Masis, aliis corrupte Bāpis dicitus, quo super arca Noae substitutus, ) significare discimus ex Moysae Chorenensi, qui illam in Araji Pulchri nomen dictam esse refert Արարատ Ararat, pro Արայի արատ Araji arat, i. e. Araji macula, quod nimirum haec campestrium istorum, & totius provinciae, denominatio, perpetuum de Araji istius macula, quam sua obstinacia sibi inusserat, & de vindicata Semiramidi illata ignominia, testimonium sit perhibitura. Vide sis superius Cap. I. §. XVII. Sic & illa Vox Պարտեզ pardes, paradiſus, quae in

vid. Bocharti  
Phaleg. p. 22.

V. T.

V. T. פָּרֶד aliquoties, in Novo παράδεισος. Pro Persica voce haec a plerisque Viris Eruditis est habita, idem significans quod פַּרְעֹה Hebraeorum, i. e. *hortus*. Verum est, eam hoc significatu a Persis etiam adhiberi, qui alias ejus loco פַּרְעֹה dicunt. Sed Armenicam esse vocem Պարսէզ Pardes, non tantum ejus adhuc frequens usus, sed & Compositio ipsa docet, cujus voces simplices Armenis obviae sunt: componitur enim ex պարսէ մէզ part ses, i. e. *necessaria gramina vel olera*. Estque Armenis պարսէզ pardes, paradise, *hortus* domui semper proximus, graminibus, herbis, floribus, ad usum & ornatum consitus, & distinguendus ab պյուզ vinea. Aliqua addamus ex N. Testamento. Vox Γάζα, teste Curtio apud Persas pecuniam regiam significat, & Persis گەزى Genzj scribitur, vid. pluribus de hac voce differentem Cl. Relandum in Dissert. de Vet. Pers. Ling. p. 184. & 185. Sed ipsum گەزى sua origine esse Armenianum գանձ Ganz, & thesaurum, ac qualiumcunque rerum possessionem significare, docet frequentior ejus usus in hac antiqua Haicana Lingua. Occurrit haec vox in ipsa versione Biblica Armenorum saepius, & adhibetur pro יְהוָה Job. 38: 22. Ezech. 33: 6. Θησαυρός, Matth. 2: 11. 12: 35, & alibi. Hinc Composita & Derivata գանձետղ vel գանձարան locus thesauri, aerarium, գանձապետ Archithesaurarius, գանձել thesaurizare, &c. Huc omnino pertinet vocabulum Βάρβαρος, Barbarus, quod Graecis significabat talem, qui crasse loquebatur suam, vel peregrinam dialectum, qua ab aliis non intelligebatur, ita accipitur ab

Apo-

Apostolo, i Cor. 14: 11. Jul. C. Scaligero derivatur ab Arab. *desertum*, sed id longiuscule petitum. Armenis *բար* *verbum* significat, *բարբառ* *barbar* vero *sermonem*, *խոն*, *dialectum*, Act. 2: 6, 8. quasi *բառ* *առ բառ* *verbum ad verbum*. Armenum itaque Graeci, incognitum sibi sermonem loquentem, juxta idioma suum *բարբառ*, *Բարբարοվ* primitus vocarunt, unde postmodum hujus vocis usus in alias quoque gentes ac linguas translatus fuit.

IV. Si penitus in Haicane Linguae recessus inquiramus, inveniemus etiam vocabula nonnulla, Graecis ac Latinis auctoribus lucem aliquam adfusura, & aliarum ad hoc Linguarum vocibus quibusdam genuinam originem indicantia. *Արդաք*, dicit Hesychius, Persarum Magis *Justi* vocantur. Sexcenties observabis Armenos cum Persis, uti adhuc hodie, ob commune regimen & alia, ita antiquitus tum ob mutua foedera, tum quia vicini erant & hi illos sibi plus semel subjecerant, apud exterios confundi. Dum autem Magis Persarum haec vox adscribitur, tenendum est, quod id genus hominum, veteris Persarum religionis ac Linguae tenacissimum, eandem cum Armenis ab Arsacidis acceperit. Sed Armenis *Խաչս* dicitur *արդաք արձ*, unde in multitudinis numero, scribarum imperitia, *արդաքս* pro *արձաքս* positum esse existimo. MI'OPA, sic Persae vocant *τὸν ἥλιον*, Strabo l. XV. Clarissimus Relandus hanc vocem optime deducit ex *Mehr* mensis nomine, *Solem* denotante. *Mehr* enim Persarum Deum vocatum fuisse, per quem jurabat Sapor in Epistola sua ad Tiranum Armenorum Regem: *ի Արծ Ալ-Ճաճ պեր Միշր մագնու Դեսմ*, testatur Moyles Chor-

IV.

Voces quae-  
dam Graecae,  
Latinae, &c.  
ex Armenica  
Lingua.

Histor. Arm. Lib. 3. p. 335. Per Miehr autem Persas non solum *Solem*, sed & *ignem elementarem* quemcunque intellectisse, idem auctor est Moyses, ibid. pag. 415. Sed forte *Mīpəz* est ex Armenico *Ճ* *Տէր* unus vel *unitus Dominus*; ita fere Jos. Scaliger, & Gerardus Vossius, qui id ex *Ճ* *միթեր*, *major*, *praestantior*, & simpliciter *Ճահան* sive *Dominus* ortum crediderunt. His accentuatur *Ճապանոս* vel *Քայազոս Tyrannus*, a *Տիրան*, i.e. *Dominicus*, (quo nomine, ut proprio, nominatus fuit mododictus *Տիրան* Tiran, Saporis Persarum *տնչչպօս*.) a *Ճ* *Տէր* *Dominus*, mutato *է* in *Ի*, ob accedens incrementum, juxta Canones Generales. Mitto nunc alia, ut Moscovitica: ΓΑΑΒΑ a *գլուխ* *gluch caput*, ΜΕΑԸ a *միշարո*, CEPΔCE a *Սիբռու* *cor*; Latina, ut: a *պան* *pan panis*, a *բռու* *bubo*, a *նավ* *ռաս* *navis*, a *նուր* *nurus*; Germanica, ut: *կառ* *karr*, *ein karre*, *currus*. *Կով* *kuëv*, *eine kuhe vacca*, & alia multa.

## V.

De Uso Linguae ex Versione Armenorum Biblica, & de vero illius Auctore.

Linguae cognitio in legenda, & cum textu originali aliisque Versionibus conferenda, Versione Armenorum Biblica, quae licet sit antiquissima, fero tamen in Europaeorum conspectum venit, & vix ante ejusdem editionem, de qua mox. Hinc variae de auctore ejus sententiae. *Angelus de Rocca in Bibliotheca Vatic.* scribit & literarum Armenicarum & Versionis istius auctorem Chrysostomum, sic plerique alii, nonnulli etiam S. Georgium, seu potius Gregorium Illuminatorem. Sed neutri ea vere adscribi potest. Sanctus enim ille Gregorius, Primus Armenorum Patriarcha, octoginta circiter annis diem suum obi-

obierat ante S. Isaacum, Patriarcharum serie decimum, sub quo editae Armenorum literae, quas tum parturiebat in Majori Armenia Miesfrobus, cum magni tumultus essent Moys. Chor.  
Hist. Arm.  
Lib. 3. c. 52. Constantinopoli ob Magnum Johannem, in exilium a-  
gendum ab Arcadio, in historia inventi characteris ac  
translatae Scripturae sacrae ulterius nullibi memoratum, Ibid. p. 423  
nisi quod postmodum hac de causa redarguendi fuerint  
Armeni Attico in Epistola ad Isaacum, eo quod in eo nego-  
tio D. Chrysostomum, fontem sapientiae, consulere ne-  
glexerint. Sed idem ille, qui literarum fuit inventor (conf.  
superius Cap. II. §. XVIII.), Versionis quoque asseritur  
Auctor, **Մեսրոպայ**, dicit Moyses, **Փոխատրելով գայ-**  
**երէն աթութայն ըստ անսայթաքութե սիւլաբայիցն՝ ի**  
**հելենացւոյն . և իսկոյն՝ ի թարգ մանութիւնեռն արկելու**  
**խորհրդաբան սկսեալ յ՛ւ ռահայն, բովանդակելով զբա-**  
**նն և զերկու Հայտնին, և զ՛որ Առակու՝ հեղութեայ**  
**բան. նաև աշակերտնորա Յօհաննէկեղային, և Յօնիփ**  
**Պաշնացին :** Miesfrobus, disposito Armeno Alphabeto jux-  
ta illubricitatem syllabarum quae est in Graeco, ulterius  
manum admovevit ad interpretationem, consulto initium fa-  
ciens a Proverbiis, complevit illos viginti duos revelatos  
libros, & novum Testamentum, transfundere in Haica-  
num sermonem, Ipse & Discipuli ejus, Johannes Ekelen-  
sis & Josephus Balnensis. His omnino accensendus est  
ipse Moyses Chorenensis, Miesfrobi quoque Discipulus  
nulli secundus, qui citato loco modestiae ergo nomen  
suum reticuit, sed ad Isaacum Bagratidem scribens, se ex-  
cusat, quod prolixiores Haicanae gentis historiam ei ex-  
hibere non potuerit, quia senex ac valetudinarius, **և ան-** Ibid. c. 65.  
p. 446.

պարապ' ի թարգ. մանութեց և մաքրադունից բանից & minime otiosus ab interpretationibus, & sanctioribus verbis. Id quod factum ineunte Seculo quinto, mortuo Chrysostomo, circa annum Christi CCCCCX. Hanc sententiam confirmat *Theodoreetus*, versionem Armenam suo tempore adornatam asserens, utpote qui A. C. CCCCCXXIII. ordinatus est Episcopus; & proinde illa Versio adhuc superstes attigit nunc aetatem MCCC annorum.

**VI.** Miefrobi & Discipulorum ejus Sacrae Scripturae Versio Amstelodami impressa.

VI. Ab his igitur adornata Codicis sacri Versio tanta cura, tan-  
taque veneratione, a posteris servata est, ut religioni duxerint quo-  
quot fuerunt, & adhuc sunt, Ecclesiae Armenae Antistites ac Do-  
ctores, vel verbum antiquo textui addere aut demere. Donec ea  
A. C. MDCLXVI. ad mandatum Patriarchae Etschmidzensis,  
**DOMINI JACOBI**, indefesso studio Archiepiscopi Uskani E-  
rivanensis heic Amstelodami nitide typis mandata est, in forma, ut  
loqui amant, quarta majori. In hac editione ipse Uskan, Librum  
Siracidis s. Ecclesiasticum, a se Latino Armenice redditum, cae-  
teris Apocryphis junxit. Libros Sacros V. & N. Testamenti in Ca-  
pita ac Versus distinxit, historias biblicas laminis aeneis ornavit, pa-  
rallelaloca, & differentias nonnullas Armenum inter & Latinum vul-  
gatum exemplar, in margine notavit, Praefationem duplicem Volu-  
mini praefixit. Ex Hieronymo autem epistolam ad Paulinum, &  
Librorum Sacrorum argumenta; Indicem triplicem, locorum ex  
Vet. Test. de Christo in Novo adductorum, Nomina propriorum,  
atque rerum; item Carmen Haitonis, minoris Armeniae Regis,  
qui in eodem se Codicem sacrum integrum descriptissime fatetur anno Ar-  
menorum DCCXLIV. (Christi MCCXCV), ad cuius autographum  
haec editio excusa dicitur; nec non προσΦανησιν duplicem, ad finem  
operis adjecit.

**VII.**  
De Usu Ver-  
sionis Arme-  
nicae testi-  
monia Viro-  
rum Cele-  
berrimorum.

VII. De Usu hujus editae Versionis nunc prolixe mihi differen-  
tia dum esset, sed loquantur pro me hac vice Viri ambo celeberrimi,  
magnus Hottingerus, & Ludovicus Pickius Doctor Sorbonicus: ille  
in

in Biblioth. Or. p. 331. Memini, dicit, ejusmibi linguae Armenicae usum a Clarissimo Dn. Golio vel hac de causa potissimum fuisse commendatum, quod vix alia Ecclesia, si a Graeca abeamus, antiquiora de religione, versionem cum primis, habeat subsidia. Et in Topogr. Eccl. Or. sic addit; Inter Christianos non postremos fuisse Armenos, vel inde patet, quod Translationi Scripturae S. in Linguam Armenicam primae deferantur, post Versionem LXX Viralem. Hic vero, laudatus Cl. Millio in Prolegom. in N. T. p. 152. his verbis: " Illud vero nequaquam est praetereundum, quod nos per literas monuit in Armenica caeteraque omni literatura versatissimus Ludovicus Piekius: Verso, inquit, Armenica est antiquissima, & ex genio suo ita Ἑλληνιζει, ut de verbo ad verbum Graeca referat; unde ex ipsa jus est restituendi originale Graecum, unde profluxit. Certissimum esse utriusque Viri Celeberrimi testimonium, & singularem non tantum in hac Versione cum originali convenientiam, verum etiam notabilem subinde a hodiernis Graecis exemplaribus differentiam inveniri, demonstrabimus, εάν ού Κύριος θελήσῃ ναι ζήσωμεν, in peculiari Tractatu.

VIII. Ad historiam tum sacram tum civilem Haicanae cognitio Linguae certe usum nobis praestabit plane eximum. Hujus igitur fontes Philarmeno Lector in nunc indicabimus. Primus inter Armenos, quantum nobis constat, suae gentis historiam contexuit, ejusque cum rege Tiridate ad fidem Christianam conversionem per S. Gregorium, nec non vitas regum Persarum sui temporis, descripsit *Ագաթանգեղիս Հայոց Եպոն Քառորդ Տարբերակը*. Agathangelus, qui a Secretis fuit Tiridati quarti Seculi Scriptor, saepius laudatus Moyse Chorenensi ceu *Աջող Քարոզ զարդ տեքտուր Տերենուս Հիշորիկոս*. Hunc quam primum obtinebit typis suis excendet, ad gloriam suae nationis natus, cuius commoda Ipse unice intendit, Lucas Nurigianides. Sequitur *Մովսես Կոնդակը* Moses Chorenensis praestantissimus Auctor, hic usque saepè nobis citatus. Hic Genealogiam & Historiam Japheticam Prosapia condidit Libris tribus, in quorum primo Originem suae gentis a Japheto ad Haicum & seros ejus posteros, usque ad tempora Tigranis I. & mortem

VIII.  
Ulus ex hi-  
storia Arm.  
cuius fontes  
indicantur.



si, A. C. MDCLXIX, in 8. Annectere possem Patres Ecclesiae primitivae Graecae plerosque jam olim in Armenicam Linguam translatos optimos, unde, si conferantur, degenuina eorum lectio- ne & scriptis certissimum dari possit judicium, sed oportet ut me intra cancellos meos contineam.

IX. Sed ad distinctam Historiae Armenicae cognitionem requiri-  
ritur, ut & aeram Armenorum probe intelligamus, quae duplex  
est: Հայոց Armenianorum proprie sic dicta, & Հռոմական Romanorum. Illam instituerunt cum correctione Calendarii sui, anno post Christum natum, juxta epocham vulgarem, DLI. quo numero ab annis Christi abjecto invenitur aera Armenorum, quae nunc est MCLIX. Annus autem hujus aerae constat mensibus XII. plenis, XXX dierum, & V epagomenis, i. e. CCCLXV diebus praecise. Unde exacte convenit cum anno vago Nabonassaraeo, cuius initium quar-  
to quovis anno Julianum uno die antevertens, annum integrum per-  
vagando, post MCCCCXL. demum annos ad suum reddit principium.

Mensium autem primus non est Sahami, uti scribit Ill. Jof. Scali-  
ger, Emend. Temp. p. 214. sed Navasardi, cuius Neomenia incidit hoc anno in VIII. Octobris N. St. Omnes sic vocantur: 1.

Ապասալդի Navasardi, 2. Հոնի Huerrī. 3. Սահմի Sahmi. 4. Տեղ Tre. 5. Քաղաք Khaghüets. 6. Արաց Arats. 7. Մեհեկի Michie-  
ki. 8. Արեկի Arikei. 9. Ահկի Ahki. 10. Մարերի Marieri. 11.

Մարգար Margats. 12. Հրութիg Huētits, & Աւելեաg epagom. Sed frequentior nunc est haec Romanorum Juliani epocha ob stabile anni principium, juxta stylum vet. a nostro XI. dierum distan-  
tia discrepans: cuius Styli dies ac menses Armenianorum aerae saepe jun-  
cti inveniuntur. His jungi potest tertia alia Mercatoribus Sjulfajensi-  
bus peculiaris aera, ab Azaria inventore nomen habens, cuius men-  
ses XII sunt: 1. Շամս Shams. 2. Ադամ Adam. 3. Շիբա՛՛ Schbat. 4.  
Նահայ Nachai. 5. Ղամար Ghamar. 6. Նադար Nadar. 7. Թիրայ Thirai. 8. Դամայ Damai. 9. Համիրայ Hamirai. 10. Արամ Aram. 11. Օվդան Ovdan. 12. Նիրհան Nirhan, & Աւելեաg epag.

Men-

IX.  
De Chrono-  
logia Arme-  
norum.

Menses omnes  $\overline{XXX}$  dier. Epagomeni dies  $\overline{V}$ . Anni quarti Bissexturn  
dies  $\overline{XXXI}$  facit *Nirhan*. Neomenia autem *Schams* incidit in ipsum  
aequinoctium vernum, uti *Neuruz* Persarum: huic vulgo jun-  
gunt *Phiēr* *ta-be-n aeram parvam*, quae formatur ex Cydo Solari 28,  
& Lunari 19. in se ductis, productum 532. ex magna aera Arm.  
abjiciendo quoties fieri potest, residuum hoc anno 97, dicitur aera  
parva: connexionem aerarum istarum cum nostra vulgari epocha vi-  
de in supra laudato libello, *Harmonia Mensis quintuplicis*, impresso  
Amstelodami A. C. MDCXCVIII.

**X.** Tandem neminem puto esse qui dubitet, quin & singularem  
Ufus Linguae usum Armena Lingua possit conferre ad Geographiam Universa-  
Armeni Geo- graphicis, & lem. Videtur enim Armenia, si mappas Geographicas vulgares in-  
Epilogus. spicias, quasi terra vel incognita vel deserta, cuius vix unus aut al-  
ter locus nobis innotuerit. Quod si vero Moysis Chorenensis Hi-  
storiam & Geographiam contemplemur, is non tantum limites an-  
tiquos, sed & maria, lacus, montes, campos, Provincias quinde-  
cim, singularumque dioeceses plurimas, Urbes maximas & op-  
pida innumera ostenderet. Necque id solum, sed & ex antiquitate ul-  
tima petita Civitatum nomina nobis indicabit, eorumque etymon  
dilucide exponet. Cujus unum illustre exemplum hic produxisse sus-  
ficiat: Postquam sibi subjecisset Haicus totum illum tractum Cap-

*Moys. Chor.*  
*Lib. 13. Hist.*  
*Arm. c. 13.*

padociae, quae ab occidente attingit Armeniam, relicto ibidem Prae-  
fecto quodam **Մշակ**, redit ad suos. Iste *Mschak*, (appellative Armenis *agricolam* significat) teste Moys Chor. aedificavit

*Ibid. Lib. II.*  
*§. 18.*

urbem quam nominavit **Մշակ**, hinc incolis dictam **Մաժակ**, urbem Cappadociae primariam, quam Ptolomeus & Stra-  
bo *Masacum* vel *Mazacam* nominant; eandem quam postea  
Miherdates filius instaurans in honorem Julii Caesaris dixit *Caesare-  
am*. Sed, Manum de tabula! Quae nunc breviter dicta sunt, in  
posterum, Deo volente, dicentur prolixius: Illa sufficere ratus sum  
ut salivam moveam studiosis Lectoribus. Tu igitur quisquis es, Le-  
ctor, qui Antiquitate, Perfectione, atque Usu hujus Linguae affi-  
ceris, mecum frange nucem, si nucleus esse cupis. Vale.

GRAM-

GRAMMATICA  
LINGuae LITERALIS  
ARMENICAE  
LIBER PRIMUS,  
DE ORTHOGRAPHIA.

# CAPUT PRIMUM.

DE LITERIS.

ARMENORUM Literae XXXVIII, tum Vocales,  
tum Consonantes sunt; quarum ordinem, Figuras, No-  
mina, Potestatem, & Valorem in Numeris, sequens  
Tabella ostendit.

## FIGURA.

# NOMEN.POTESTAS.VALOR.

in Num.

	Majuscula	Minusc.	Cursiva		in Num.
Piça.	Ferrca.	Rotunda.	Maj. Min.		
				Aib.	A
				Bien.	B
				durum.	2
				Hebr.	3
				Gim.	4
				Da.	D
				Jetsch.	5
				ie	
				ab initio cisis vel	
				Corund.	

	O	Z	Q	ꝝ	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Ꝛ	ꝛ	Sa.	Ꝝ Hebr.	Ꝟ Moscov.	ꝟ 6	
	I	t	ꝑ	t	t	t	t	t	t	t	t	t	E.	E	clarum.	7	
	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	Jeth.	E	obscrum et breviſ.	8	
	P	P	P	P	P	P	P	P	P	P	P	P	Thue.	Th	V leue Hebr.	9	
	J	t	J	t	J	t	J	t	J	t	J	t	Je.	J	Gallor. Ꝝ Slavonicum. Ꝝ Ibericum.	10	
	I	t	I	t	I	t	I	t	I	t	I	t	I.	I	vocalis.	20	
	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	L	Liun.	L		30	
	H	h	H	h	H	h	H	h	H	h	H	h	Chhe.	H	Hebr. Ꝛ Graec. ch German.	40	
	O	O	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	ꝑ	dus	Dza.	Dz	Ꝝ Iber.	50
	K	k	K	k	K	k	K	k	K	k	K	k	Kien.	K	tenuiter: K Graec.	60	
	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	Hue.	H		70	



	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Rra.	Rr	1000
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Se.	ꝝ	ab initio recis.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Wiev.	W	German. Arab.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Tian.	T	leniter pro- nunciatum.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Re.	R	tenue.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Tsue.	Ts	ꝑ Rysicum.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Hium.	Y	v Graec.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Ppiur.	P	senfortiſ. P
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Khe.	Kh	9000
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	Fe.	F	vel ph φ Graec.
	ꝑ	Ꝕ	ꝕ	ꝗ	Ꝙ	ꝙ	O.	O	ω Graec.

ORDO hic literarum semper idem & constans est, nisi quod à nonnullus • τφ ψ praeponatur, contra Armenorum consuetudinem & usum, quo per ω & ο, ceu primam & ultimam Alphabeti Literam, illà huic inclusa, Primum & Ultimum, Unum, Trinum, ac Infinitum Deum denotare solent, hoc modo .

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. 1.  
Cap. 1.

FIGURA ab omnibus aliis Orientalium Linguarum Elementis quàm maximè differt, uti propositam Tabellam inspicienti & cum aliarum linguarum characteribus conferenti ad oculum patebit. Estque Quadruplex,

*Prima* est Majuscula,  աղկագիր i.e. *pietà* vel *florida* Armenis dicta, quam in titulis Librorum & Initio Capitum adhibere, & elegantibus animalium vel florum figuris depingere solent.

*Secunda* est լըպեզմագիր, h.e. *ferrea*, sic dicta à stylo ferreo, quo antiquitus in membranis potissimum exarabatur: hoc charactere magna olim volumina conscribebant, sed hodie is Librorum titulis, Initio Capitum & sententiarum tantùm inservit.

*Tertia* est Ծոլորգիր, i.e. *rotunda*, quâ in manuscriptis nitidioribus utuntur, & ordinarie Libri excuduntur.

*Quarta* լուսպիր, *cursiva* est, accelerandae scripturae magis apta, ideoque usus ejus ferè in Amicorum & Mercatorum epistolis familiaribus consistit.

Quod si quadruplicem hanc Armenicarum Literarum figuram consideres, adeò exiguum Majuscularum Pictarum à ferreis, & rotundarum à cursivis differentiam invenies, ut, si unam intelligas, alteram etiam facillimè cognoscas.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. I.

Ad Armenorum Calligraphiam porrò notandum est, quod omnes literae debitum sibi in scriptura situm possulent. Nam

Quaedam corpus suum in media linea collocant, ut rotundae, " " " " " " " " " " " " " " .

Quaedam corpus in medio lineae ponunt, pedes vero infra lineam, aequali omnes longitudine, demittunt, ut:  $\ell, \tau, \gamma, \zeta, \varphi, \psi, \chi, \omega$

Quaedam basi sua lineae insistentes, cuspide pariter eminent, ut:  $\text{L}$ ,  $\text{L}$ ,  $\text{d}$ ,  $\text{s}$ ,  $\text{x}$ ,  $\text{z}$ ,  $\text{y}$ , &  $\text{L}$ .

Et tandem quaedam posito copore in linea caput aequaliter elevant, ac pedes demittunt, nimirum  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ ,  $\epsilon$ ,  $\zeta$ ,  $\eta$ ,  $\vartheta$ ,  $\psi$ ,  $\phi$ .

NOMINA Literarum technica sunt, non nisi per accidens aliquid significantia, ut: *qu<sup>m</sup> iste*, de secunda persona. *h<sup>s</sup>, i<sup>c</sup>on-*, item *est*. *t<sup>h</sup>* vel *j<sup>r</sup>* praepositiones, *in* vel *ad*. *u<sup>is</sup> quis!*

CAPUT SECUNDUM  
DE POTESTATE LITERARUM.

POTESTAS Literarum in pronunciatione ea est, quam in Tabella Alphabetica, convenientibus aliarum Linguarum characteribus expressimus, quod in non-nullis commodè satis fieri potuit, in plurimis verò exactè reddendis maxima fuit difficultas. Quare, cùm & haec ipsae literae, quibus Armenicas referre debuimus, à diversis Nationibus diuersimodè pronuncientur, ne

studiosum Lectorem in hoc momento à nobis quic-  
quam desiderare patiamur, uberiore declaratione fin-  
gulas persequemur. Incipiamus igitur ab

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

1. **C**. Aib, hanc Literam vel sonum omnes habent  
Nationes, sonantem *a* Latinum, *α* Graecum, *a* Ger-  
man. Batavorum & Gallorum, non autem uti Angli  
hanc literam ordinarie pronunciant, sed uti illa auditur  
in vocibus Anglicis, *all*, *also*, *false*, *father*, & sim.  
ut: **Ադամ**, *Adam*, **Աբրահամ**, *Abraham*, **մարդ**  
mard *homo*, *արդար* ardar, *յուս*.

2. **B**. Bien, Valet B Latinorum, non p, uti Galan-  
nus, & cum ipso alii, id exprimunt, quamvis enim  
Armeni ε duriori labiorum compressione pronunciatum  
velint, non tamen accedit ad sonum τοῦ p. ( qui est  
ipsis φ ) nam Barnabas scribitur **Բառնաբաս**. Rabbi  
**Բարեփ**, **Բարիլն** Babilon. εντεῖ Boῶ natura.

3. **G**. Gim, semper legitur ut G Latinum & Galli-  
cum ante *a*, *o*, *u*, vel consonantem; ג Gimel Hebraeum  
Dagesch leni notatum, ut: **Գան**, Gan, flagellum, **Գլա**,  
**גִּתְּנִת** Get scius, **գִּרְגָּל** Girk mollis, e. **Գոմոր** **גַּמְרָה**  
Gomor, Gomorra. **Գրիգոր** Griguér, Gregorius.

4. **D**. Da, D Latinorum, sed paulò fortius pronun-  
ciatum, ut: **Դանիէլ** Daniel, **դեմ** Dem, persona, **դի**  
Di, Deus fictitius, item Heros; **դժուկ** dēdum cucurbita.

5. **I**. Ietsch, Vocalis brevis Armenorum, una &  
simplex litera, quae non nisi per ié vel ié latinè expri-  
mi potest, ut: **Երիէվլ** Iériëvil apparere, **Երեկ** Iériék,  
plane ut Russi pronunciant suum E in NETAKΩ niētako  
*non ita* & in ΕΓΩ iēgō ego. Brabantii hanc literam be-

ne

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

ne proferunt in voce *նեռ* niet, (Brab. *non*) sagitta.  
sic *եղ* Ied posuit, *եռ* iet dedit; similis ferè sonus audi-  
tur in *sciēt*, fiet item *sciens*, *scientia*, & similibus.  
Ante " verò, & o, pronunciatur ut j Consonum La-  
tinorum, v. g. *բարութեամբ* barouthjan, *bonitatis*,  
*բարութեամբ* barouthjamb *bonitate*, *եօթն* jothn sep-  
tem, & alia hujusmodi.

6. **Զ** Za, vel Sa, S mollissimum inter duas vocales.  
ꝝ Graecum juxta modernam pronunciationem, Zelo &  
Zemla Moscoviticum, Hebraicum, H: Za Aethiopi-  
cum, ut: *զարդ*, Zard ornementum, *զէն* Zen arma,  
*հազար* Hasar mille. Za dixi, non ut Germani nostri  
id uti s vel z prouncient, qs. zu seiner zeit, sed lenissi-  
mè, uti Hollandi suum z in *zeedig zyn*, & sim.

7. **Է**, Est & valet E longum, Tseri Hebr. En jber.  
respondens vocali quinti ordinis Aethiopum, ut: *է*,  
*էա*, *օա*, item est. *էութիւն* eouthjun *essentia*, *էդ* Eg  
foemima.

8. **Ի** Ieth, Vocalis est Armenis per quam necessaria,  
sonatque e obscurum & rapidissimum; Conferri  
potest cum schevate Hebraeorum mobili, & sexto or-  
dine Aethiopum, quem Illustris Ludolfus bene descri-  
bit per e foemininum Gallorum in monosyllabis *ce*,  
*me*, *ne*, &c. Observatur sonus hujus literae e in his  
vocibus Germanicis, *bevahlen*, *entzucket*, *geringer*,  
& aliis. Semper & necessario scribitur in quibusdam  
particulis, tam simplicibus, ut *լուդ* end cum *լութեր*  
enthier & *լուս* ést *juxta*, &c; quam Compositio-  
nem ingredientibus, ut: *լուդութեալ* endounil *suscipe-*  
*re*.

*re, ընթեռնուլ* enthierrnoul, *legere*. In Concursu plurium Consonantium ad faciliorem reddendam pronunciationem saepè *L* adponitur, ut *լստեղծուած* esti-  
eghdzouadz *creatura*. *անդամքըն* andamken *membra*,  
ubi tamen saepius omittitur, in pronunciatione subaudiendum, ut: *Խնդրել* Chendriél *petere*, *Խնդրում* Chendroum *petitio*, ac si scriptum *Խընդրել*, *Խըն-  
դրում*.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

9. *Ժ* Thue, Th Latinorum & Germanorum, *Ժ* Hebraeorum, forti adspiratione prolatum, v. g. *Ժաօնսոս* Thomas, *Ուարժա* Martha, *Ժէ* Thiëv ala, *Ժիւ* Thiv numerus, *Ժողովիւն* Thuéghouthiun *remissio*, *Ժաթ* thath *palma*. Caveant Angli ne in hac litera offendant, eam ut *th* Anglicum pronunciantes.

10. *Ժ* Je, Valet *J* Gallorum, Schiviet Moscov. & Sgian Iberorum, unde eam, cum commodior non occurrat, semper per curvum *J* Gallorum expressimus, ut *Ժամ* *hora*, *Ժարժել* fcharjiél *move*re, *Վրէժ* Vrej *Vindicta*, *Ժոյժ* Juij *tolerantia*, non enim adeò fortiter legendum, acsi esset *schwisch*.

11. *Ի* I, Nonnullis *Ini* dicta, est i vocalis Latinorum, & Germanorum, Anglorum in his vocibus, *sin*, *sinner*, *sing*; Ische Moscovitarum, ut: *ինն* I. innën *nove*m, *գինի* Gini *Vinum*. Sequente valet idem quod *j* Confona Latinor. & Germanorum, ut *իւրաքանչիւր* jurakhantschjur *unusquisque*, *եւլ* jugh *butyrum*, *o-*leum.

12. *Լ* Liun, figura & sono *L* Latinum exprimit,  
B ut:

Grammat. ut: *Lal* sttere, *bL* iēl descendit, *lb* Li plenus, *lbL*  
 Arm. Lit. Loudz jugum.  
 Lib. I.

Cap. II.

13. *Iu.* Chhe, Idem est cum *chhan* jberico, & ferè  
 convenit cum *n* Hebr. & Cha Arabico, Germani viden-  
 tur hanc literam assequi per *ch* in quibusdam vocibus,  
 si paulò asperius pronuncientur, v. g. in *acht*, *w̄fus*  
*passiones*. *w̄fus* *sacht* *w̄fus* *Wacht*, & simil. Sic *fus*  
*chhatsch* *crux*, *laf* *chhiv* mixtio praeprimis *ciborum*,  
*fuoup* *chhoskh* *sermo*, *lung* *chuëts* *vulnus*.

14. *Dz* Armenorum, eadem est cum Dzil Ibe-  
 rorum, melius exprimi nequit, quam per Dz, si z le-  
 niter ut *i* Hebraeorum pronuncietur; vel per Z pro-  
 nunciatione Veneta in vocabulo *Zorci* Georgius,  
 ut: *δωλωj* Dzarra *servus*, *δωνοθ* Dzanoth *notus*,  
*δηδωλθωj* dzidzagheats *rigit*.

15. *h* Kien, valet Kakoi Russicum & *n* Graecum,  
 maximè alia consonante sequente, ubi nimirum mol-  
 lius pronunciatur, sonum enim adhuc suaviorem po-  
 scit quam ipsum *q*; unde nullo modo efferendum est  
 ut *k* Germanorum in *kammer*, *kommen*, &c. sed quasi  
 esset *v* Graecum, vel Geml Aethiopicum, ut *κωρ* Kar  
 qs. esset *ρερ*, *potestas*, *κερ* kier *cibus*, *κερ* kir *passio*,  
*κυρ* kuir vel guir *Coecus*, *κουρ* Kouř *Cymba*, item *Cy-*  
*rus* fluvius Armeniae majoris.

16. *Hue*, est litera adspirata, vel potius adspi-  
 ratio, *H* Latinum, German. Holland: item *n* Hebr.  
 & He Arabicum exprimens, ut *σωj* Hats *panis*, *σερ*  
*hier pilus*, *σεν* Hen *pyrata*, *σεν* Hin *vetus*, *σαν*  
*Houn* *iov* *transitus*.

17. **Q** Dsa, & hic character Aramaeis tantum &  
Iberis, qui Dfil eum vocant, familiaris est, Europaei  
aequipollentem non habent, Latini sonum ejus per  
ds describerent, ut: *Ճայն* Dsain  *vox*, *Ճեռն* Dsierrn  
*manus*, *Ճըր* Dsir *Donum*. Itali vero valorem ejus ali-  
quando per ZZ, aliquando per Z exprimunt in voci-  
bus *ՃՃՃՃ* Mezzo, *Ճիճանիա* Zizania, *Ճանճրութիւն*,  
Dsandsfruithjūn *fastidium, molestia*.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

18. **Ղ** Ghat, Iberorum Ghan, & Arabum Ghain  
optimè exprimit. [ Persae & Armeni Kaf Arabum simi-  
li sono efferunt. ] Europaei hac etiam Litera carent,  
nos eam per Gh in Alphabeto explicuimus, cùm im-  
possibile sit latinis literis eam exactè reddere; adspira-  
tione enim ex imo gutture producta, & media lingua  
ad palatum molliter allisa, anteriore vero ejus parte  
depressa sonus iste formari videtur, ut: *Ղօղ* Ghogh  
*sonus*, *Ղօղանցիւլ* Ghoghangschiel *sonare*, *Ղօղել* gho-  
ghiēl *latere*. Observavi tamen sonum hujus literae in  
quibusdam vocibus Batavorum, nimirum *geeven, ge-*  
*noegen* & similib. qs. *Ղէղ*, *Ղնուղն*. Aliquando Ղ scri-  
bitur loco Ղ praecipue in peregrinis vocibus, spiritu  
leni notatum, ut *Ղազար* Ghasar pro *Lasar*, *Ղուկաս* Ghou-  
cas pro *Lucas*. *Պօղոս* Poghües pro *Paulus*. Verūm  
*աղի* sed, & *աղմակնութիւն* ordinariè leguntur *այլ*, *ալ*, *ալ-*  
*լուրիս* alleluja.

19. **Դ**. Tce. Vix est quo exprimam hanc literam.  
Italis sonat quasi molle c. suavissimus enim cum adspira-  
tione aliqua sibilus, ferè respondens literae *Tciar* I-  
berorum, nisi quod & hæc paulò durius pronuncietur

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

quām 2. Angli convenientem huic sonum habent in  
j consonante in his vocibus, *jest*, *join*, *joy*, *judge*, & similibus, si non adeò fortiter efferantur. Gal-  
li eam per dg ante e & i vel dj optimè describerent, ut  
**χωρι** Tciar vel dgear *remedium*, **χτιλ** dgil *Cespes*, **χοχτιل**  
*fastuose incedere*, Germanus non nisi per *t'schotschiel*  
scriberet, sed nimis asperè.

20. **W** Mien, sonans M Latinum. Mi Graecum,  
notissima litera est.

21. **׃** Hi, haec est & antiquitus sonabat etiam j  
Conf. sed hodie, ab initio dictiōnis pronunciatur per  
H latinum, **׃** Hebraeum, ut: **Յարեդ** Hared, **Յակոբս**  
Jacobus. **Յուդաս** Hudas. **Յօբ** Hob. **Յուսաս** Hoseas.  
**Յօնաս**, Honas. **Յօվեթ** Hosēp, pro Jared, Jacobus, &c.  
In medio verò & aliquando in fine, praecedente „  
vel “, diphthongescit, ut: **Կայտառ** kaitarr, *elegans*,  
**յայտ** hait *manifestus*, **Հայ** Hai Haicus, item Arme-  
nus, **Վայ** Wai Vae. **Եսկըն** iskuin *statim*, **նոյն** nuin  
*idem*, *eadem*, *idem*, **լոյն** Luis lux, **Կոյն** Kuis virgo,  
**յոյն** huis spes, **խոյն** chhui aries, **հաճոյն** hadjui gratus  
&c. Aliquando tamen, iisdem praecedentibus literis,  
in fine quiescit, ut **Քահանայ** khahanà *sacerdos*, **Ակայ**  
vkà *testis*, **բանայ** banà *aperit*, **Լոյն** là *plorat*, **Կոյն** kà *stat*,  
**Կեռոյ** keà vel kjà *vivit*, **Հոգւոյ** huégüé animae G. &  
D. Sing. **մայրոյ** mairüé *sylvae*, sic **միոյ** miüé *unius*,  
vel *uni*, **բուսոյ** germinis & germini, & sim.

22. **Ն**, Nuë. Latinorum N notissimum est.

23. **Շ** Scha, sch German. **Շ** Hebr. schin Arab.  
sh Anglicum, sci italicum, & ch Gallicum verè exprimit,  
ut:

ut: չառ schat multus, չեր shek rufus, շեն schen fabrica. շինել sciniēl aedificare.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

24. **U** Uë vel uö Vocalis brevis est, quae contractis labiis pronunciatur, incipiens ab u Germanorum, ou Gallorum, oe Batavorum, & raptim in e vel o obscurissimum exiens, ut ὡρ uér qui, quae, quod, ὥρη uérūēt tonitru; adhibetur etiam haec litera in vocabulis graecis exprimendis, ubi illa habent ο μιρόν, ut: Ιωακιμούρη Iepiscuëpuës Επισκοπος. Cum sequente ε diphthongum constituit, ut statim videbimus Num. 34.

25. **T** Tscha, valet tsch Germanorum, tscherf Mocovitarum, c Italorum ante e & i, & Anglorum ch in chamber, child, chosen, & sim. ut չառ tschar malus, չարչանք tschartscharankh passiones, չեր tschir fructus ficiati.

26. **P** Pe, valet omnino p latinum & π Graecum, quando Armenae voces latinis literis scribendae sunt, ut: Պողոս Poghües Paulus, Պետրոս Piétrües Πέτρος; sed pronunciatur hodie prorsus uti b latinum, unde Armeni, Asiae minoris incolae id quoque per b exprimunt, quos fecutus est Galanus, & Acoluthus Praeceptor usus Constantinopolitano.

27. **D** Dsche, Dsch Germanis, G ante e & i Italics, Gian jberis, Gjim Arabibus, Giangia Coptis aequivallet, sic v. g. Italicas voces Gente, Giro, Giorno, Armeni scribent զենակ, զերո, զօրնօ. Germani nostri, զեր calor dschiēr, զեր nervus dschil, զարփ mulus dschueiri, legant. Angli hunc sonum habent in catch, fetch, ditch & similibus, qui զան tchan studium, cura, զանալ

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

*conari* tchanal, & sic alia hujusmodi, optimè reddent. 28. ¶ Rra, sonat R tremulum ac duplex, & Graecum ab initio vocis adspiratum, ut: *Ῥοστην* Roma *Ῥωμην*. *αὐλην* Rram *vulgus*, *plebs*, *αἴρανθην* Rriëtin *resina*, *τηναυτεδ* Iërramiedz ter *magnus* sive *maximus*.

29. ¶ Se, valet S latinorum ab initio vocis, uti f Polonorum, fortiter pronunciatum, Σ Graecorum, san Iberorum, slovo Russorum, ψ Hebraeorum & Sin Arabum, ut. *սայլ* sail *planstrum*, *սէր* sér *amor*, *սուր* sur vel sour *acutus*.

30. ¶ Wiev, est V Consonans latinorum, β Graecorum juxta hodiernam pronunciationem. ¶ Hebraeorum, W Germanorum, ut: *Վասն* Wasn propter, de. *վեր* Viér supra, *վեր* Vér *Vulnus*, *պղա* plaga, *վիհ* vih *profundus*, *փոք* fovea, *պուտ* puteus.

31. § Tiún, Valet τ Graecum, t Hollandicum & Latinum in fine vocis, sed leniter, imò lenius quam ipsum τ proferendum esse docent Armeni, unde Galanus τ per t; " verò per d expressit; Verùm male eum hoc fecisse patet ex genuina scriptione nominum proprietorum, *Քրիստոս* Christus non *Chrisdus*, sic *Պետրոս* Petrus non *Pedrus*; item *մես* tiès vide, *Տէր* Tér *Dominus*, *միթ* tir valde *արամիլ* tertmil tri-  
stari, &c.

32. ¶ Re, est R Latinum in fine vocis tenuissimè & sine ulla tremulatione pronunciatum, lingua paulisper ad palatum allisa & versus superiores dentes protrusa, ut: *Արամ*, *արաբեր* ararier fecisti, *Արքունի* rabuni. *Մարկոս* Marcus.

33. ¶ Tsüë, Valet Tsí uti Tsan Ibericum, Tsí Slavonicum, z vel tz Germanicum. T latinum ante duas vocales, v. g. in *ratio*, quae vox Armenis scribitur *ւաղիո*. *ցաւ* tsav dolor, *ցերեկ* tsiériék, *տեղական* tempus intermedium à diluculo matutino ad vespertinum, & *ցայդ* tsaig, tempus à diluculo vespertino usque ad matutinum.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. II.

34. ¶ Hiun, est litera, quae, uti o in numeris, si sola sit, nihil valet, neque dictionem vel syllabam inchoat, & apud Niersem, Gregorium Naregiensem, & alios, in acrostychis juxta Alphabeti ordinem conscriptis locum quidem suum occupat, sed muta est, & non nisi per spiritum asperum Graecorum sive per S legitur, ut: *ւիւեալ* pro *Տիւեալ* hiuseal contextus, compactus, *ւիւծեալ* quod legendum *ԽՍԵԱԼ*, macie confessus. Resertur tamen ab Armenorum Grammaticis inter vocales, quia Vocalibus subjuncta, eas sustentat, producit, & cum iis Diphthongum constituit, Valetque modo U Vocale modo V Consonans:

U Vocale sonat & cum antecedente "Diphthonge" scit nulla alia Vocali id immediatè sequente, 1. post b, ut: *աղբերպ* aghbeurfans, [Excipe *ելքոսա* Europa, cœu Vocabulum peregrinum.] 2. post h, ut *իշխ* jugh oleum, *սիւն* siun columnna, *իւր* jur sius, *էիւր* ejukh existentibus, *աւիւծ* arriudz leo. 3. post n, ut *բուն* boun natura, *ջուր* tschour aqua; etiam in fine, ut *բու* bou bubo, *լու* lou pulex. In his & hujusmodi aliis sonus *ու* simplicis, & Diphthongi *ու* unus & idem est, unde illud quidem per U Germanorum, hanc

Grammat. hanc verò per ou Gallorum vel ou Graecorum exprimendam esse duximus;  
 Arm. Lit. Lib. I.  
 Cap. II.

Ut V Consonans pronunciatur ւ, 1. in medio inter duas Vocales, ut: *աւէն* avèd *nuncius*, *annuntiatio*; 2. in fine, nisi praecedat " , ut: *նաւ* nav *navis*, *թիւվ* ala, *խեւ* chhièv *amens*, *միւ* diy *dies*, *կռիւ* krriv *rixa*, quo referuntur 3. Vocabula in ւ desinencia, licet eorum fini accedant affixa, " , դ, ն, quae non censemur ւ in medio constituere, ut: *էիւն* eívs *էիւդ* eíved , *էիւն* eívn, *existente hoc, illo, isto.*

Tandem prorsus quiescit ւ in Gen. & Dat. Octavae Declinationis, ut: *արք սուրբ* uëski, uëskue, *aurum*, *auri*. Sed moveri etiam potest, & per V consonum pronunciari, in iisdem Casibus ejusdem Declinationis, post liquidas tres լ, ն, ր, si spiritu Aspero insignetur, ut : *աղի* *salsus*, *աղւոյ* & *աղւոյ* aghué & aghvúé *salsi* & *salso*, *գինի* gini *Vinum*, *գինւոյ* & *գինւոյ* ginué & ginvúé *vini* & *vino*, *բարի* bari *bonus*, *բարոյ* & *բարուց* barué & barvúé *boni* vel *bono*.

Nota. Exposuimus hoc ւ Armenorum in Tabella Alphabetica per ւ Graecorum , eò quòd ferè figurâ, & proprietatibus inter se conueniant, licet saltèm juxta hodiernam pronunciationem, sonò ab invicem differant, ut: *Կիւրոս* Kiurúës Kúpos *Cyrus*, *ւելէ* hiule ւնի *materia*.

35. Φ Piur , Valet p fortissimum, &, quasi h includeretur, valida labiorum compressione proferendum, non tamen geminum, sed per Pp describi solet ad vim ac fortitudinem ejus indicandam. Iberi quoque hanc li-

literam habent quam Ppar vocant, sonus illius clare  
 auditur in his vocibus *Psalmus*, *Psittacus*, Armenicè  
 scribendis φωτισμοις, φωτισμοις. Sic in φωφωφ  
 Ppapag desiderium, φωյш Pait *lignum*, φոր Ppuēr  
*fossa*, *venter*, item *cavus*, & alia.

Gramma.  
 Arm. Lit.  
 Lib. I.  
 Cap. II.

36. Ք Khe, Valet ch Italorum, & K Germano-  
 rum, si durius, & cum adspiratione quadam profera-  
 tur, ut à Germanis in voce *kommen* olim *khommen*,  
 sic vox *Christus* Armenis sonat Քրիստոս *Khristuēs*,  
 nequaquam verò uti x Graecorum in χριστός. քար khar  
*lapis*, քեն odium inveteratum, քու khueš *lepra*.

37. Փ Fe, pronunciatur plane ut F latinum, φ Grae-  
 cum, Phert Moscov. Fe Arab. Sed non nisi in peregrini-  
 nis vocibus usu venit, ut: Փրանկ *Liber*, *Europaeus*.  
 Փրանկստան *frankestan Europa*.

38. (Օ), O ultima Armenorum litera, est eadem  
 figura & sono quae latinorum o, sed aequivalet τφω ut:  
 Օբեթ *Obed*, Յօհաննէս *Hohannes* Johannes. Sic օր or  
 dies, օձէլ odziel *ungere*, օդնէլ ogniel *auxiliari*. Ve-  
 teres hac figura destituti, sonum ejus per ալ descri-  
 bebant, super imposito ա hoc modo; սիրածլ sirogh  
*amans*, uti videre est in multis Manuscriptis, & Ve-  
 netiis impressis libris, sed hodie iste scribendi mos fe-  
 ré abolitus est.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. III.

## C A P U T III.

## DE DIVISIONE LITERARUM.

DIVIDUNTUR Literae in *Vocales* & *Consonantes*, illae Armenis Այնաշորթ; hae vero Ապաձայնք vocari confueverunt.

*Vocales sunt vel simplices, vel è simplicibus compositae. Simplices Armenorum Vocales, octo sunt, nemirum Ա, Ե, Ւ, Ձ, Ւ, Ռ, Շ, Ո, quibus à nonnullis additur յ provocalis dicta, eò quòd Vocali subjuncta aliquando diphthongescat.*

*Compositae seu Diphthongi pariter octo numerantur, quarum quinque propriae, Viz. **ll**, **ll**, **ll**, **wj**, **yj**, ut: **llll** bonus, **ll** &, **ll** te Instrumental. **wjw** ali-  
cujus, **wyw** pater, **yy** lux. Tres impropriae, nim.  
**ll**, **ll**, **ll**, ut: **ll** Eva, **ll** waq vel **ll** waq concentus,  
**ll** quo? **ll** Ente. **ll** bchb aliquo modo.*

Quoad Quantitatem quaedam Vocales sunt breves, seu unius temporis, circello (*o*) in libris Poëticis notatae, ut: *ꝑ*, *ꝑ*, *ꝑ*; quaedam longae, seu duorum temporum Circumflexo insignitae, ut *ꝑ* & *ꝑ*; quaedam ancipites, ut: *w*, *b*, *t*, Plura de Vocalium & Syllabarum Quantitate habebis infra in *Poëtica Armen.* Ubi de *Prosdia* prolixius agemus.

*Consonantes reliquae literae omnes sunt, & dividuntur tum ratione Patefatis, tum Organis.*

Ratione Potestatis Consonantium aliae sunt semi-vocales, ut: *z*, *t*, *L*, *th*, *d*, *s*, *ð*, *χ*, *x*, *f*, *j*, *v*, *l*, *ɛ*, *θ*,

*u, u, ւ, ւ, յ, Փ;* & dividuntur in *Liquidas*, *Լ, Մ, Ւ, Ռ;* Grammat.  
*simplices*, *Ժ, Ճ, Ծ, Ճ, Յ, Ո, Վ, Փ;* & *Duplices*, *Ղ, Շ, Ձ, Շ*; Arm. Lit.  
*Խ, Հ, Ե, Յ, Ա, Յ.* Volunt enim Armenorum Gramma- Lib. I.  
tici զ valere սս; իս, հհ; զ, լլ; շ, ահ; չհ; ջ, ձհ; ռ, րր;  
յ, պպ; & , verbi gr. *աղն natio scribi pro ասմն, լոխ den-*  
*sus pro հիմ, այդ sed item alius ex ալլա vel ալլօս pro*  
*այլ, նիշ signum, pro նիս, չափ mensura pro չչափ,*  
*առաջ coram pro առաջակի, առնել facere, pro արքնել,*  
*quamvis resolutio ista hodie nunquam inveniatur.*

Aliae *Mutae*, videlicet, *բ, գ, դ, թ, կ, պ, փ, ը;*  
quae iterum dividuntur in *Tenues*, *պ, կ, ս;* *Medias*  
*բ, գ, դ;* & *Adspiratas փ, ը, թ.* Verumtamen haec  
ultima divisio, paulo latius accepta, omnes omnino  
consonantes complectitur, & , facta earundem, maxi-  
mè *Affinium*, inter se ipsas collatione, docet potesta-  
tem Consonantium in pronunciatione, quae nimis  
tenui seu suaviore, quae medio, & quae adspirato seu  
fortissimo organorum motu proferendae sint, hoc  
modo:

*Tenues, պ. կ. ս. շ. յ. պ. ս. դ. է. մ.*

*Mediae, բ. գ. դ. թ. կ. ձ. լ. շ. պ. ր.*

*Adspiratae, փ. ը. թ. չ. լ. յ. զ. ջ. Փ. ս.*

Est enim juxta Armenorum doctrinam litera *բ Media* inter *պ* & *փ*; *Adspirator* seu fortior quam *պ*, &  
tenuior quam *փ*, & sic de caeteris.

Ratione *Organi*, quo proferuntur, ex Consonanti-  
bus  
C 2

Grammat. bus quaedam sunt *Dentales*, nimirum, *q, f, s, x,*  
 Arm. Lit. *z, d, t, l, n, y;* quaedam *Gutturales*, *b, g, k, j;* quaedam  
 Lib. I. *p, t, m, q, v, ph, Ph, & c;* quaedam *Lingua-*  
 Cap. III. *l, r, l', l* vel ejus loco positum *z, v, n, m, r;* &  
*quaedam Palatinae* nimirum *q, k, p.*

Notari haec Diafisio propterea meretur, quod ejusdem *Organi* literae, quae & *Affines* dicuntur, ab imperitis scriptoribus facillimè inter se confundantur, maximè in epistolis familiaribus. Unde, si qua vox, sub una litera mendosè scripta & sensu minus congrua, non inveniatur in Lexico, sub alia *Affine* quaerenda est, cum ista literarum permutatio sensum pariat diversissimum, uti ex spicilegio sequentium vocum patebit. Nam *Dentalibus* scribuntur: *z'p aliquem, s'p emanatio, scaturigo, d'p vallis, w'p fluxus, g'p cui, f'w'n* juxta Kурдиненсium Dialectum Mons, *x'w'n narratio, h'istoria, s'w'r malus, z'w'r series; q'z'l nervus, x'z'l verò cespes; Gutturalibus: s'w'r q't'z'l disponere, j'w'r q't'z'l redundare, w's timor item vah! w'z' sera, w'z' sal; L'z' bialibus; p'w'z' pinguefactus, w'z'z' tumor, pustula, f'w'z' putredo, ф'р'в'з' Europaeus, ф'р'в'з' idem, z'w'z'z' non z'w'z' fides; Lingualibus, q'k' daemon, l'k' ala, w'k' continentia, tolerantia, l'k'z'k', pro quo etiam z'k'z'k' nonnunquam invenitur fel, w'k'z'k' angiturn, k'w'n currus, k'w'r potestas; Palatinis: q'w'r siccus, item corruptus, k'w'r sutura, p'w'r lapis, s'z'z' pro quo male scribit Deodatus s'z'z' turma, agmen, j'z'z' segnis, idem judicandum de aliis quam plurimis.*

## C A P U T IV.

## DE SYLLABA.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. IV.

**EX LITERARUM** Combinatione fit *Syllaba*, quae Europaeorum more, sc̄ipta & lecta à sinistra versus dextram, constat vel ex Consonante & Vocali una, ut: *b* ego, *u* hic; vel duabus s. Diphthongo, ut: *wy* Vir, *s* avis; vel ex vocali aut Diphthongo & Consonantibus duabus, ut: *qo* fortitudo, *wy* mater, *kw* linteum, *sind*, *mb* nubes; vel tribus, ut: *kw* Syllaba, *br* faex, *ne* auris; vel quatuor, ut: *uw* *Dactylus* pes carminis, *q* paradisus, *qo* *filia*; vel quinque, ut: *qibqe* initium.

Consona una, sive simplex, sive duplex, duas inter Vocales posita, in vocis divisione ad sequentem referenda est, ut *w* oculi, *fw* *aw*; duarum verò Consonantium in medio Vocis concurrentium prior ad praecedentem, posterior verò ad sequentem Vocalem pertinet, & cum eā syllabam constituit, ut *kw* *q* ordinare. Sed hīc observandum est

1. Voces sive intercedente Vocali Compositae, in suas simplices ressecande sunt, ut: *wl* *l* *q* *m* *l* *h* *u* *n* cantus lugubris, *l* *q* *l* *h* comedere ex *l* *q* & antiquo *l* *h* *u* *n* cibus.

2. Voces Derivatae dividuntur juxta syllabas Primitivarum, quod si verò per elisionem Vocalis (juxta Cap. IX) plures Consonantes concurrant, *e* plerumque interponendum, & tum divisio instituenda est,

Grammat. ut: *զըեղտե*, divide acsi esset *ըլ քեզ, սկզբնանորեալ*  
 Arm. Lit. *is qui initium sumvit*, Gregor. lib. prec. p. 10. ac si  
 Lib. I. *scriptum ըս կըզ ըլնաւորեալ*, verum զ praefixum se-  
 Cap. IV. quente Vocali non admittit ante se ը, sed cum Vo-  
 cali initiali vocis Syllabam absolvit, ut: *ստացուած*  
*պօֆէսիօն*, dividendum est *ըս ասցուած*, praefixo զ verò  
*զըստացուած* licet Armenorum Vulgus saepe pessi-  
 mè legat *սրտացուած*.

Ut praecepta haec clariùs intelligantur, adponemus  
 ex Nierse Armenorum Patriarcha & Poëta Celeberri-  
 mo, & quidem ex Ipsius Hymno de Passione Christi  
 hoc Exemplum Syllabizationis:

Հո գայր ըլ կըզ ցըն արբա մա բար.  
 Ե բիւքն ե զեալ առ անձ նա բար.  
 Փըր կել զաշ խարհս հո գիս յօ ժար.  
 Բայց ե բնու թիւն մար մնոյս ար կար:  
 ու ոմն ու ժեղ և զօ բաշ որ.  
 և ոմն ան զօր վը տան կաշ որ.  
 այլ մի և նոյն գուլ մի աշ որ.  
 Կը ըէր ըլ կըր սըն կա մաշ որ.

*Angebatur Christus passionibus triste,  
 Tribus illis Apostolis seorsim receptis.  
 Liberare mundum hunc, dicit, anima mea cupit,  
 Sed est natura corporis mei debilis,  
 Non illa fortis atque potens,  
 Neque ista impotens ac languida sola,  
 Sed una & eadem existens unionem habens (Divi-  
 nae cum humana natura)  
 Patiebatur passiones illas voluntarie.*

Vo-

Vocem integrām si lineae angustia non capiat, Sylla una vel plures residuae ad sequentem lineam referendae sunt, ut: **Ιαρωνικωλ ή αγρ, ορετρικηνχ' ιθεστων.** Beatus est vir, qui timet Dominum.

Grammat.  
Arm. Lit.  
Lib. I.  
Cap. V.

## C A P U T V.

DE VOGUE

UTI EX Literarum combinatione fit Syllaba , ita  
ex Syllaba , vel Syllabarum coniunctione *Vox* , quae  
est Pars Orationis , aliquid significans.

*Vox* est vel Monosyllaba, quae nonnunquam una litera absolvitur, ut: *ε* est, existens, sed plerumque pluribus in unam Syllabam redactis, ut: *α-ρ* amor; vel Dissyllaba, ut: *ωρετ* amare, vel Trium Syllabarum, ut: *διαισθαντ* concors; vel quatuor, ut: *ωψιστηριαντ* responsio; vel quinque, ut: *χριστολιθικην* Grammatica; vel sex, ut: *υποτηρωριαχιουλιθικην* Astrologia; vel septem, ut: *ναυσιαρχωριαχιστρικην* Archetypicus; vel octo, ut: *ναυτιαρχωριαχιστρικην* archetypici; vel denique novem Syllabarum *ναυτιαρχωριαχιστρικην* archetypice.

*Vox autem seu Pars Orationis est Octuplex, eaque vel Variabilis vel Invariabilis.*

Variabiles Orationis Partes sunt quatuor: Nomen Pronomen, Verbum, & Participium. Invariabiles tandem: Praepositio, Adverbium, Conjunction, Interjectio. Omnes comprehenduntur hoc memoriali:

Grammat. **Ա այ քեզ դողացողիդ , զի ահա զկնի դողութեանցդ**  
 Arm. Lit. **Vae tibi furanti , quia ecce post furtum tuum**  
 Lib. I.  
 Cap. VI. **կախիցիս :**  
**suspenderis.**

Antequam verò de his specialius agamus, praemitemus doctrinam de Affectionibus Vocis & signis Distinctivis; Exemplum Lectionis, & de Vocalium mutatione ac elisione Canones quosdam Generales.

---

### C A P U T VI.

## DE AFFECTIONIBUS VOCIS & SIGNIS DISTINCTIVIS.

Affectiones Vocis apud Armenos quatuor sunt: *Accentus, Tonus, Spiritus, & Passio.*  
 Accentus tres sunt: *Acutus, ('). Gravis ('). & Circumflexus (^).*

1. *Acutus ultimae Vocis Syllabae imponitur, quando ea negandi, prohibendi, imperandi, Interrogandi, Vocabula aequivoca determinandi, aut emphasin aliquam significandi vim habet, ut: գրեա scribe, մի գրեա ne scribas, եկ veni, ել exi, բեր affer, բարձ tolle, կեր ede, լուր audi, բաց aperi, ut distinguantur ab եկ advena, proselytus, ել exi vit item exitus, բեր germen, բարձ crus, կեր cibus, լուր auditus, նս, բաց apertus item procul, է est, է ens. ու էսա որ զմերդ թողու:*  
*quis est hic, qui peccata remittit Luc. 7: 49. մէ իբրև զմարդ*

Հմարդէ ԱՌ և նչերեւ զրդի մարդոյ թէ նչ արասդէ. Grammat.  
Խոռեսցի, և նչ կայու այէ: Num. 23. 19. [ Confer Arm. Lit.  
Versionem τῶν LXX.] Non sicut homo est Deus — & non  
non ut filius hominis — an non faciet? loquetur, & non  
statuet? Sic Adiectiva Adiectivè sumta, սուտ falsus,  
սուրբ sanctus, Հշմարիս Verus, լլ plenus. բազում  
multus; & pronomina սա, դա, նա, սորա hic, ille,  
iste, hujus, &c. pro սայ, դայ, նայ.

II. Gravi Accentu notantur 1. Adiectiva Adverbialiter accepta, ut սուտ falsò, սուրբ sanctè, Հշմարիս verè, լլ plenè, բազում multùm, բարի bene pro բարւոք, չար' male pro չարւոք.

2. Adiectiva Conjunctionum loco posita, ut: իսկ sed, իսկ verus, այլ verò, verùm, այլ alius.

3. Literis Ր, Դ, Վ, Լ, Յ, in fine Vocabum constitutis, accuratiùs scribentes Accentum Gravem adponunt, ut: արբ' bibe, արդ' jam, ասկս' pro, propter, &c. Quia istae literae tum aliquantò pressiùs, & quasi cum conatu ad reperciusionem pronunciantur.

4. Թէ, quando pleonasticè accipitur, ut ὅτι Graecorum, Accentum Gravem habet, non autem quando significat si, ut: Թէ դու մես; Tu quis es? Թէ ես ոչ  
Ես Քրիստոս Non sum Christus, Թէ ոչ Non, Joh. 1: 19. ff.

5. Vocibus son m gravem postulantibus, i.e. Vocali longa aut Diphthongo, vel Consona duplice, terminatis, aliquando Gravis superimponitur, ut: լուսաւն եղլ' & confessus est, Joh. 1: 20.

6. Signum Gravis Accentus saepissimè etiam usur-

Inaequale unum addamus septem & octo syllabarum,  
quod legitur Libr. Mus. pag. 743. Sic inchoans :

Խ որին խորհուրդ անքըն	ին,
Ն ածկեալ յաղդաց յաւիտեն	ին,
Շ այտնեցաւ յամըս վերջ	ին,
՚ ՚ փըրկութիւնմարդկան սեռ	ին,
Զ զը Տեսանօղքըն ծանուց	ին,
Կ ուսին ՚ օւընօղ լինիլ Ռան	ին.

Plura Carminum inaequalium & Mixtorum, ex sim-  
plicibus istis, quae superius exhibita sunt, composi-  
torum Genera heic non dabimus: videat ea, cui vo-  
lupe est, in saepius citatis Libris, Ը արակնոց Musi-  
co, Տաղարան Libro Carminum, & cui is obtigerit,  
in Պանձ seu Magno Carminum, tam Rhythmicorum,  
quam Musicorum, Thesauro.

C A

## C A P U T VII.

## DE MUSICA.

MUSICAM Armenorum, & hodiernam eorundem cantandi rationem, antiquissimam esse, docent Accen-  
tus seu signa Musicalia, quibus illa tota instituitur at-  
que peragitur. Haec enim eodem, quo literae Arme-  
norum, inventa esse seculo, persuadum est nobis exin-  
de, quod iidem illi Magni Ecclesiae atque Linguae  
Armeniae Instauratores, Isaacus Patriarcha, Mies-  
ropus Doctor, Moyses Chorenensis Grammaticus,  
&c. primi sint, qui Hymnos & Carmina Sacra in  
suæ usum Ecclesiae composuerunt, uti ex serie Au-  
ctorum, Scharak. p. 778. clare conspicitur. Siquidem  
conveniens, imo necessarium erat, ut Ecclesia Chri-  
stiana, non precibus tantum & Confessionibus de-  
bita Deo officia praestaret, sed & Hymnis sacris,  
iisque juxta idonea praecepta, certo tono, mensura,  
& numero decantandis, laudes Dei atque Servatoris  
sui celebraret.

Cum igitur Armena Natio certis Musices prae-  
ceptis adhuc hodie gaudeat, dolemus exanimō, quod  
in his oris Librorum copia destituti, ad intimam i-  
storū cognitionem nec dum pervenire potuerimus.  
Et proinde pauca haec, quae in Libro Hymnorū

Hh

in-

Profo-  
die  
Arme-  
nicae  
invenimus, & quae ex quotidiana Armenorum pra-  
xi hausimus, nunc prima vice indicasse contenti eri-  
mus.

Cap.  
VII. Accentus & Literarum quarundam figurae, quibus  
Armeni in Musicis utuntur, sunt:

ՀԵՇԹ	Celer.	ԽՈՇՆՃ	Tripudium.	ՀՈՒՇ	Հայ tremulatio.
ՓՈՎԵ	Spina.	ՄԵՐԱՄԱԽԱՊ	Elevatio.	ՊԱՐԿ	taclus.
ՔՈՎԵՑ	Gravis.	ԱԵՐԵՄԱԽԻԱ	Depressio.	ԲԱ	
ԱՊԱՐՈՎԵ	Curvus.	ԲԵԿԱԿՈՎԾ	Bien uncum	ԲԱ	
ԵՐԿԱՎ	Longus.	ԽՈՎՐՈՎԱՅԲԻ	Chosrovacus.	ԱԱ	
ՍՈՎԵ	Brevis.	ՖԱԿԱԵԾ	Genua.	ԱԱ	
ԱՈՎԵ	Acutus.	ԷԿՈՎ ԸԾ	E uncum.	Ա	
ՁՈՎԵ	Acinaces.	ՃԱԿՈՎԾ	Dsa uncum.	ԱԱ	
ՃՈՎՆԻ	Genu.	ԽՈՎԵՄ	Unda.	ԱԱ	
ՁՎԱՇԹ	Concha.	ՓԱՁՈՎԵՑ	Implicatio.	ՎՎ	
ՈԼՈՐՎԵ	Circumflexus.	ԲԱՐԵ ՎՎ	Productio.	ՎՎ	

Signa haec Musicalia hoc ordine recensentur Libri  
Musici pagina. 773. Ubi viginti quatuor prima hisce suis,  
quibus imposita sunt, sive à figura, sive ab officio eo-  
rum petitis, nominibus, reliqua verò *անձնութեան* exhiben-  
tutur.

Usus & officium eorum est, ut in Libro Scharak-  
nuets, vel supra lineam, vel in ipsa linea Hymnis ad-  
posita, indicent tum intervalla, tum tonorum mensu-  
ram, & Pausas, juxta quae Hymni sacri rite decan-  
tantur.

Cantus iste Ecclesiasticus omnis Choralis est, & <sup>Prosodiae</sup>  
octo tonis absolvitur, quorum quatuor sunt Autenti, <sup>Armenicae.</sup>  
quatuor vero Plagiales. Illi Armenis *Ճայն*; hi vero  
*Կողմաններ* vocantur. In Scharaknuets, loco citato, re-  
censentur hoc modo:

Առաջին Ճայն	Primus Tonus	աջ.
Առաջին Կողմաններ	Primus Plagialis	ակ.
Երկրորդ Ճայն	Secundus Tonus	բժ.
Երկրորդ Կողմաններ	Secundus Plagialis	բկ.
Երրորդ Ճայն	Tertius Tonus	զձ.
Առաջ Տեր	Tertius Plagialis	զկ.
Չորրորդ Ճայն	Quartus Tonus	զժ.
Առաջ Չորրորդ	Quartus Plagialis	զկ.

Difficillima haec Musices doctrina Armenis traditur  
solemnis istius formulae, quae occurrit in Cantu Mir-  
jam Exodi XV. I. *Օրհնեսցուք բայց զի փառօք է՝*  
*փառաւորեալ,* Celebremus Dominum, quia gloriose  
glorificatus est, per omnes Tonos variatione: quam,  
quoties Hymnum aliquem difficilorem intonandum  
habent, Cantores perpetuo vel clara voce, vel animo  
saltem praemittunt, ceu omnis melodiae fundamen-  
tum.

Variatio octo Tonorum talis est:

Prosodiae

Armeniae

Cap. VII.

 $\text{m}\ddot{\text{x}}$ 

—

(Ors նեսուք լլ Տէ. — — — ր' զի

փառօք կ փա- ռաւո- ըե- - ալ.

 $\text{m}\acute{\text{t}}$ 

—

(Օրս նեսու - ւ ք լլ Տէ. ր' զի փա-

ռօ- ք կ' փա- ռա- նորե- ալ.

 $\text{m}\ddot{\text{x}}$ 

—

(Ա բ դուց ս են- Տէ. լ զի փա- ռօք կ' փա- ռաւո- ըե- ալ.

Տէ. ր զի փա- ռօք կ' փա- ռաւո- ըե- ալ.

z dH

բ/կ

Prosodiae  
Armeniacae  
Cap. VII.

$\frac{C}{\text{C}}$




ռօր է փա - ռա - նը բ - ալ .

$\frac{C}{\text{C}}$



ռօր է փառա - նա - ը բ - ալ .

$\frac{C}{\text{C}}$



է փա - ռան - ը բ - ալ .

Hh 3

դէ

Prosodiae  
Armenicae  
Cap. VII.

73

The musical notation consists of four horizontal staves, each with five lines. A C-clef is positioned at the beginning of each staff. The neumes are represented by various symbols such as diamonds, crosses, and dots, indicating pitch and rhythm. Below the staves, there are two lines of Armenian text in Gothic script. The first line reads "Օքս նեսուր լզ Տէ Տէ Տէ" and the second line reads "Օքս նեսուր լզ Տէ Ե կա կա կա".

NOTA: Octuplicem hanc Hymnorum Ecclesiasticorum intonationem eò majori cura atque diligentia adposuimus, non tantum, ut Europaeis antiquam Armenorum cantandi rationem exhibeamus; sed &, ut methodum Armenis indicemus, quausi, antiqua sua Musices signa, hodie plurimis illorum ignota, uti Kircherus illa Graecorum in nostras notulas transponendo, ad numeros suos revocare, & melodias sacras, quas integro septennio juvenes eorum vix capiunt, unico semestri optato successu docere ac discere possent.

B E

BENEVOLE LECTOR,

Haicana Natio magnam partem per ipsos Apostolos Bartholomaeum & Thaddaeum, eorumque Discipulos Addaeum, Uëski, & reliquos, ad fidem in Christum conversa, usque sub Rege Sanatrugho martyrio coronatis, ad pristinam idolatriam relapsa, post ducentos demum & sex annos universa, una cum Rege Tiridate, à S. Gregorio, Gentis suae Illuminatore, ad salutarem fidem reducta est, uti prolixè testantur *Agathangelus* in historia Conversionis Armenorum, & Vitarum Gregorii, Regumque τυγχρόνων Armenorum ac Persarum; *Moyses Chorenensis Historiae Armenae* p. 184. s. *Galanus ex Historico Armeno anonymo*. Cap. I. & II. *Nierces Clajensis in Libro Hisus Uerdi* p. 442. s. ubi sic incipit:

Ուզ ըշ թաղե առ նա յըդ եալ ։  
Ըստ որում բնիքն եր խստաց եալ ։  
Անց յ Աւահաց քաղաքն եկ եալ ։  
Օ Վ բգար յ ափափց ցանց ըուժ եալ ։  
Եւ ի հաւատըս հաստատ եալ ։

*Qui Apostoli Thaddaeum ad illum Regem miserunt,  
Fuxta id quod ipse Christus promiserat.  
Iste cum in urbem Orham venisset,  
Abgarum à languoribus & doloribus sanavit,  
Et in fide confirmavit, &c.*

Ab istis temporibus, utraque Armenia quo bellis lacerata, quo haeresibus ac haeresiarchis impetita, quo aerumnis in hunc usque diem ab infidelibus prelata, & tantum non oppressa fuerit; Reges tamen suos ha-

habuit, Major quidem Armenia ad V; Minor verò ad XIV usque, à nato Christo, Seculum, Religionis ac Regionis suae Vindicatores fortissimos: Patriarchas, Episcopos, Doctores progeniuit, ut varia eruditione sic pietate clarissimos, fidei Christianae Antesignanos & Defensores acerrimos, martyres constantissimos: qui Scripturam Sacram & optimos quosque Auctores ex aliis in Vernaculam linguam transferendo, rerum sacram, & ad hujus vitae commoda spectantium cognitione, artibus ac scientiis, gentem suam imbuerunt, & τποτυπώτι ὑγιαινόντων λόγων ita muniverunt, ut neque portae inferorum illam superare potuerint. Quare cum antiqua haec Natio adhuc hodiè eundem nobiscum & Deum invocet, & Christum confiteatur, maximi nostra interest, ut sciamus, quid & Armeni sentiant circa primarios fidei Christianae articulos: De Deo Uno ac Trino, De Incarnatione, Persona, Officio, ac Merito Christi, &c: Ut videamus, jure ne an injuria accusati fuerint hactenus Armeni detestandae illius monothelitarum aut monophysitarum haeresios. Denique ut cognoscamus, quod eadem illis, quae nobis, ex Resurrectione Christi Capitis nostri Vitae, & Patriae Coelestis, spes firma supersit. Haec autem cum melius ac certius cognosci nequeant, quam ex Symbolis atque Symbolicis Libris in Ecclesia Armena ubique receptis, ex ipsis unum heic producemos fidei Armenae Symbolum, quod metaphrasi Latina expositum, Notis quibusdam ex aliis Patriarcharum, Episcoporum, & Doctorum Confessionibus desumts illustrabimus.

CON-

ԴԱՏԱՆՈՒԹԻՒՆ

## ՀԵՐԱՑՈՅ

ԵԿԵՂԵՑԵԱՑՀԱՅԱ  
ՍՏԱՆԵԱՅՑ

ԽԹՈՍՈՎ. Ը. ԵՒՄ. Ք.  
 Եւ հաւատամք ամենակա-  
 տար օրտիւ զ հայրն Ի՞նք,  
 անեղ՝ անծին՝ և անսկիզբն:  
 պյու Ծնող Որդւոյ. և  
 Բաղնող Հոգւոյն Ուռոյ:

Հաւատամք զ Ծանն Ի՞նք.  
 անեղ՝ ծնեալ և սկսեալ՚ի  
 Հօրէ նախ քան Հյանի-  
 տեանս. Ոչ յետոյ՝ և ոչ  
 կրտսեր: Ի յլորքան Հայրն  
 Հայր, ը նմին և Որդին  
 Որդի:

Հաւատամք զ Առւրբ Հոգ-  
 ին՝ անեղ՝ անժամանակ՝  
 ոչ ծնեալ այլ բղիսեալ՚ի  
 Հօրէ, եակից Հօր՝ և փա-  
 ռակից Որդւոյ:

Հաւատամք զ Առւրբորդու-  
 թիւնն Առւրբ. մի Ինութի.  
 մի Ի՞նութի. ոչ երեք ածք,

## CONFESSIO

## FIDEI

ARMENICAE  
ECCLESIAE.

## CONFITEMUR

Et credimus omnimodè perfe-  
 cto corde Patrem illum Deum,  
 non factum, non genitum, & ini-  
 tio carentem. Etiam Genitorem  
 Filii, & Spiratorem Spiritus San-  
 eti.

Credimus Verbum illud Deum,  
 non factum, genitum, & initium  
 habentem à Patre ante secula;  
*Qui* non posterior *est* neque mi-  
 nor, sed sicuti Pater ille *est* Pa-  
 ter, ita & Filius ille *est* Filius.

Credimus Sanctum illum Spi-  
 ritum, non factum, intemporalem,  
 non genitum, sed procedentem à  
 Patre, coëssentiale Patri, & con-  
 glorium Filio.

Credimus Trinitatem illam san-  
 ctam, unam naturam, unam Dei-  
 tatem. Non tres *sunt* Dii, sed  
 Ii unus

այլ մի Ե՞ճ, մի կամք։ մի  
թաղանորութի, մի երաս-  
նութի։ արարիչերեւելաց՝  
և աներեւութից։

Հաւատամք յ' կեղեցի  
Աբ՝ զթաղութի մեղաց հա-  
լորդութի Արքոց։

Հաւատամք զմինն յ' երից  
անձանց զԲանն Ե՞ճ՝ ծնեալ  
՚ի Հօրէ նախքան զյանի-  
տեանս, ՚ի ժամանակի  
իջեալ յ' Ե՞ճածին Այսն  
Մարիամ։ առեալ յ' արենէ  
նորա՝ միահորեաց ընդ իւ-  
րում Ե՞ճութեն՝ ինսամ-  
սեայ ժուժկալեալ յ' ար-  
գանտի անարատիուսին։ և  
եղեւ Ե՞ճն կատարեալ՝ մարդ  
կատարեալ։ Հոգւով՝ և  
մարդնով, միանձն՝  
մի դեմ, և միահորեալ մի  
քնութեամք։

Ե՞ճն մարդացեալ առանց  
փոփոխման՝ առանց այլայ-  
լութեն։ անսերմն յղութի,  
և անսպական ծնունդ։ որ-  
պէս ոչ է սկիզբն Ե՞ճութե-  
նորա՝ և ոչ վախճան մարդ-  
կութեն նորա։ զի Յո՞ս Վո՞ս  
երէկ և այսօր՝ նոյն և յաշ-  
տեան։

Հաւատամք զՏերն մեր

unus Deus, una voluntas, unum  
regnum, unus principatus. Crea-  
tor visibilium & invisibilium.

Credimus in Ecclesiam sanctam,  
remissionem peccatorum, commu-  
nionem Sanctorum.

Credimus unum illum ex tribus  
Personis, Verbum illud Deum,  
genitum à Patre ante secula, in  
tempore descendisse in Deiparam  
Virginem illam Mariam, accepis-  
se de sanguine illius, & univis-  
cum illa sua Deitate. Novem men-  
ses retentum *fuisse* in utero imma-  
culatae illius Virginis, & factum  
esse Deum illum perfectum homi-  
nem perfectum, spiritu, & mente,  
& corpore: una persona, unus ad-  
spectus, & unitus unâ naturâ.

Deus ille homo factus est sine  
mutatione, sine alteratione. Sine se-  
mine *fuit* conceptio, & sine cor-  
ruptione generatio. Sicuti non est  
initium Deitatis ejus, ita neque finis  
humanitatis ejus. Quoniam Jesus  
Christus heri & hodie, idem & in  
secula.

Credimus Dominum Iesum Chri-  
stum

Յո Ա՞ս շրջեալ՝ ի վերայ  
երկրի. յետ երեսուն ամաց  
եկեալ՝ ի մկրտութիւն. Հայր  
վկայեալ՝ Դաէ Ուրդի իւ  
սիրելի. և Հոգին Արազան-  
նակերպ իջեալ. փորձեալ  
՚ի Աստանայի՝ և յաղթեալ  
նմա. քարոզեալ մարդկան  
զիրկութիւնախառնալ մար-  
մանով վաստակեալ քաղ-  
ցեալ և ծարաւեալ. Յեայ  
եկեալ կամաւ՝ ի ըսրչարան,  
խաշեալ մեռեալ մարմնով.  
և կենդանի Ի՞ն ութեամբն.  
մարմինն եղեալ՝ ի գերեզ-  
մանի՝ միահօրեալ Ի՞ն ու-  
թեն, և հոգւովն իջեալ  
՚ի դժոխս՝ անբաժանելի  
Ա՞ն ութեն. քարոզեալ հո-  
գւոյն՝ աշերեալ զդժոխս՝  
և աղատեալ զհոգիսն. յետ  
երից առուրց յարուցեալ՝  
մեռելոց՝ և երեեալ աշա-  
կերտացն.

Հաշատամք զ Տէրն մեր  
Յո Ա՞ս նովին մարմնովն  
համբարձեալ յերկինս՝ և  
նստեալ ընդածմէ Հօր :  
այլ և՝ գալոց է նովին մար-  
մնովն՝ և փառք Հօր ՚ի  
դատել զ կենդանիս, և զմե-

stum, postquam ambulasset supra terram triginta annos, venisse ad baptismum. Patrem testatum fuisse: Hic est Filius meus dilectus. Et Spiritum sanctum in forma columbae descendisse. Tentatum à Satana, & vicisse eum. Praedicasse hominibus salutem. Laborasse corpore, delassatum fuisse, esuriisse ac sitiisse, posthaec venisse voluntariè ad passiones, crucifixum & mortuum fuisse corpore, sed vivum Deitate sua. Corpus ejus positum fuisse in sepulchro unitum cum Deitate illa, & spiritu suo descendisse ad inferos indivisa Deitate illa, praedicasse spiritibus, destruxisse inferos, & liberasse spiritus illos. Post triduum resuscitatum fuisse è mortuis, & apparuisse discipulis suis.

Credimus Dominum nostrum Jesum Christum eodem corpore sublatum esse in coelos & sedere ad dextram Patris. Etiam venturum esse eodem illo corpore & gloria Patris, ad judicandum vivos ac mor-

Աւալս. որ և յարութիւն  
ամ մարդկան։  
Հաւատամք և զհատու-  
ցումն գործոց. արդարոցն՝  
կեանք յաշխտենական, և  
մեղանորացն՝ տանջանք յա-  
շխտենական։

tuos. Qui etiam est resurrectio omnium hominum.

Credimus etiam retributionem operum: justis illis erit vita aeterna, sed peccatoribus cruciatus aeterni.

## NOTAE IN CONFESSIONEM FIDEI ARMENORUM.

**ԿՐԵՖՏՈՒԹԵԱՆ, CONFESSIO.**) Complures quidem reperiuntur in Haicanis Ecclesiis Christianae fidei Confessiones, & Symbola à multis retro seculis Ecclesiae tradita: videlicet, quae illis nobiscum communia sunt, Apostolicum, Nicaenum, cui Constantinopolitanum insertum, in Libro Յամակարգութեան Horologio precum ordinariarum, excuso Amstelodami A. Ch. MDCCV. pag. 421. & Athanasii, annexum Catechismo Armeno-Latino, ibidem Amstelod. A. Ch. MDCLXVII, edito. Peculiares tamen, in suae gratiam Gentis, à Viris, qui Christianae religionis in Armeniis propagatae Στύλοι καὶ Εδραιώματα fuerunt, adornatae sunt tum Christianae fidei Confessiones, tum scriptae pro eadem Apologeticae epistolae, singulari prorsus, contra imputatam Armenis haeresin, zelo ferventissimae. Ex his, quae inter ceteras eminent

Quantum lenta solent inter viburna cupressi, sunt quinque sequentes: *Prima* Gregorii Nariekensis Episcopi, qui floruit sub Patriarchatu Vahani Vaburakensis, Basilio & Constantino imperantibus, circa annum Christi CMLI, in usum fidelium

lium suae Nationis conscripta. *Secunda*, ac *Tertia* Nieresis Clajensis, Patriarchae Armenorum Catholici, prior ad Haicanas Ecclesias, posterior in epistola ad Imperatorem Graecorum Emmanuelem, anno salutis circiter MCLXX. *Quarta* Nieresis Lampronensis Archiepiscopi sub Armenorum Patriarcha Gregorio Deghà, in responsoria epistola ad Alexium magnum, illius Emmanuelis Generum, circa MCLXXVII. annum scripta: Collectae in Librum Armenis Անդհանրական, id est *Universalium*, dictum. *Quinta* verò istius quoque Nieresis Clajensis, Carmine Rhythmico 1365. Versuum elegantissimè composita, in Lib. Hisus Uerdi à pag. 241. usque ad 321.

De his quinque Patrum Armenorum Confessionibus in genere praemonenda duximus hacc duo: I. Eas ab omnibus Armenicae Ecclesiae addictis adhuc hodie, non minus ac Apostolicum, Nicaeno-Constantinopolitanum, atque Athanasianum, pro genuinis, & orthodoxis haberi, utpote profuentes ex ore Antistitum, quos unquam Armenia vidit, praestantissimorum, quorum orthodoxiam nemo Armenus unquam in dubium vocare ausus est, quorum non tantum, ceu Sanctorum, memoriam Ecclesia quotannis festive celebrat, sed & hymnos, quos in usum coetus Christiani composuerunt, quotidie in templis decantat: atque adeo quicquid ex illis nunc producemos, ejusdem, cum isto credendorum brevario, quod integrum exhibuimus, auctoritatis atque ponderis esse.

II. Nullam omnino, quod ad res ipsas attinet, in

iis observari notatu dignam vel discrepantiam vel contrarietatem , sed omnes eandem fidem adeò uniformiter continere, ut una alteram confirmet, & quae in una vel omittuntur , vel succinctis verbis traduntur, in reliquis èo prolixius atque clarius exponantur ; easque hac ratione maximam nobis in isthac breviori nunc illustranda lucem foenoraturas, uti in sequentibus videbimus.

Haec autem, quae nunc prima , Latina veste induita, in Europaeorum conspectum prodit, Armeniae Ecclesiae Confessio , videtur illa ipsa fuisse , quam supra memorati Patres vel illustrandam vel defendendam suscepere: siquidem illi in prolixioribus suis Confessionibus non alios , quam qui in hac concise proponuntur , fidei Articulos exponendos atque vindicandos sibi sumserint. Estque omnium ordine prima, qua sine nemini ad reliqua Christianae religionis mysteria aditus conceditur, quam in Primitiva Ecclesia ipsi Catechumeni Competentes; nunc verò susceptor , baptizandi infantis nomine , ad S. Baptismum , memoriae fideliter impressam , recitare tenetur. Extat in ipso frontispicio citati Horologii p. 5. 6. 7. 8.

Quantum ad Auctorem , eum non unum , sed plures fuisse certum est, de quibus vero non magis hodie constat, quam de illis Symboli Apostolici : cuius licet doctrina sit omnino Apostolica, ipsum tamen, eo quo nunc incedit habitu, non ab Apostolis compositum, quorum aetate id quadrinquentis fe  
rè

rè annis inferius esse ab Eruditis ostenditur : neque simul & semel adornatum, sed quoad primarios Articulos ab ipsis Apostolorum temporibus derivatum, & successivis Seculis contra suborientes, & πανηλεθίαν Christianismo minaturas, haereses, maturo Rectorum Ecclesiae consilio auctum, donec ad eam, in qua nunc comparet, perfectionem perductum esset.

Quod de Symbolo Apostolico non sine ratione dicitur, idem de antiqua hac Armeniarum Ecclesiarum Confessione eo confidentius asseritur, quo minus natales ejusdem in Armenorum annalibus deprehendi possunt. Unde maxime videtur veritati consentaneum, hujus Confessionis elementa, ceu simplicissima Christianae religionis principia, ab ipso S. Gregorio, cum Haicanam Nationem ad fidem in Christum converteret, fuisse tradita, quae postmodum variarum occasione haeresium, in Ecclesia Dei suppululantium, à Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis novis accessionibus locupletata, hanc tandem produxerunt fidei Christianae Confessionem, quam nunc sine ulterioribus praefationis ambagibus explanandam aggre-  
dimur.

*Հայաստանեաց Աղեղեաց* proprio *Haicanarum Ecclesiarum*, modò *Armenicae Ecclesiae* interpretati sumus, ut, eo quo haētenus Europaeis innotuerunt nomine, omnium illarum, tanquam unius Ecclesiae, consensum significemus. Quare autem Haicanos se vocent Armeni, dictum est supra in Dissertatione Praeliminari.

**Խոստովանիմք և հաւատամք** Confitemur & credimus. Illud àխոստումն promissio, sponso, unde խոստանալ promittere, spondere, & ipsum խոստովանիլ, quod confiteri, ad stipulari, significat; Hoc verò ab հաւատ fides, quae Armenis sic definitur: Հաւատէ մնացական տեղակալութիւն հաւատայելոց, որ տեղակալէ զարգարսն 'ի ձմարտութիւնն, և զՃշմարտութիւնն 'ի նուս, Fides est permanens arrhabo credentium, quo justi oppignorantur veritati illi salutari, & veritas illa ipsis, Libro Definitionum pag. 25.

Combinantur verò hoc loco verba ista , quorum alterutrum tantum adhibetur in reliquis confessionibus ; ut doceatur neque Confessionem sine fide, neque hanc si- ne illa sufficere, sed corde credendum ad justitiam & ore confitendum ad salutem, Rom. 10: 9, 10. In nu- mero multitudinis verò, à more, quo haec Confessio in templis, ab uno quidem clara, à reliquis verò sub- missa voce recitatur, ut vel unus omnium, vel omnes qua- si uno ore confiteri videantur: Հաւատամք ամենակատար սրտիւ credimus omnimode perfecto corde. Cum alias, quando suam quisque fidem seorsim profitetur, unitatis numero dicatur, ut Nieres Clajensis Confessionem suam orditur:

**Խոստովանիմ ԱՌ ԸՆԴ ԱՅՐ**  
Confiteor Deum Patrem &c.

**ԶՆԱՅՐԻ ԱՌ ՊաtreM illum Deum )** Deum dicit, & SS. Trinitatis Primam Personam, Patrem: quem de- scri-

Kk

## Symb.

Symb. Nic. Υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ θεοῦ τοῦ, τοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ προμηθέατος, ὁρητῶν καὶ αἰτησιαῖνων, Dominum, Deum, bonum & beneficum, clementem & misericordem, iustum & omnibus providum, tibique in Libris Scharaknuets & Horologio. Quae omnia si paulo attentius consideremus, & inter se conferamus, videbimus ē diametro opposita: tum infidelibus, Gentilibus atque Judaeis; tum haereticis Simonianis, Saturnilianis, Basilidianis, Carpocratianis, Valentinianis, Gnosticis, Cerdonianis, Marcionitis, Manichaeis, Audeanis seu Anthropomorphitis, & id genus aliis.

Οὐαγῆν Patrem illum) nimirum οὐνοῦ Πατέρα  
Genitorem Filii μέδε καὶ οὐρανούτην ιυορέστην mysterio  
magnō & admirando, adeoque in relatione ad Filium,  
cujus est Pater, generatione, facta 'τῇ ενοπλῇ ζῷον,  
ανθρώπινον, καὶ ανθρώπινον, οὐαγῆν οὐρανούτην ex natu-  
ra Patris, sine imperfectione, sine corpore, ante secu-  
la, Nierces Lampronensis. Confer quae inferius di-  
cuntur de Filio.

Οὐνοῦ Genitorem) à δημητρίῳ, quod gignere, pa-  
rere, & nasci significat, ut videmus in notabili isto  
Hymno, qui cantatur in festo nativitatis τῆς Θεοτόκου:  
Πρὸ δὲ γενετὴν γανθαμιναῖν' θεορέ δημητρίῳ, αγνορίζειν  
γάμηντος αρραβωνίτης quae peperit illum sine tempore à Pa-  
tre Genitum, hodie nata est ex sterili ventre (Annae),  
Schrakn. p. 5.

Ρηγμοῦ Eructatorem) Spiratorem, procedere fa-  
cientem, à ρηγμοῖς, quod similiter Communis, hoc  
est, Activae & Passivae, significationis est. Eructare  
enim

enim τοις ὁ, ἐρεύεσθαι significat Ps. 18:3. Ορ αὲντερ  
εὐθὺς γραῦν dies diei eructat verbum. Item Ps. 118:  
171. εὐθὺς εὐθέν χρήστης λαβεῖσιν φηνεράντερον ερυτα-  
bunt (ἐξερεύεσθαι) labia mea laudes tuas. Ad Mariam de  
nativitate Christi dicitur ὡρ εὐθὺς οὐρανοῦ εὐθύντερο  
γένεσιν καὶ quae à Patre genitum protulisti florem, Scharak.  
p. 9. Et Gen. 1. 11. εὐθὺς εὐθὺς έργον γεννηθείσης  
τυποντος (βλασησάτω) progerminet terra olus herbae. Adde  
de ipso Christo locum istum in Scharak. p. 285.

Ետունքայախ խառնեալ լե զի.  
Այսմօր բըխեաց գետ յ' Ադենի.  
Dederunt acetum amaritudine temperatum  
Illi qui emisit fluvium ex Eden;

Passivè quando accipitur, per Neutra Latinorum  
emanare, procedere, progredi, prodire, & similia,  
optimè redditur, ut: Scharak. p. 289. de Christo pa-  
tiente,

Բ. ըղթեալ' իքեն վրտակ կըր կին  
Դնորոգումըն կողածն ին.  
Emanavit ex te rivus duplus  
Ad renovationem generis humani.

Sic ejusdem Libri pag. 6. dicitur: Այսօր լըցաւ  
խոստումն Ա. Յ առ Ա, ահապետմն ՚ի զաւակէ նոցին  
օրհնիլ ամ աղանց. զի յ' արմատոյ նոցին բըխեաց  
կոյսընսը՝ որ ծնաւ ըլքանն, Hodie impleta est pro-  
Kk 2 mis-

*missio Dei ad Patriarchas, ex semine ipsorum benedictum iri omnibus gentibus, quoniam ex radice ipsorum prodiit Virgo illa sancta, quae peperit Verbum illud.*

Hinc Nomen Verbale *προσελιθίη processio*, quod tam  
enim ut plurimum passivo sensu adhibetur. Utrumque  
vero *δύναται Gignens*, & *π. πληρωτή emittens*, eructans,  
de Patre, uti *δύναται Genitus*, de Filio; & *προσελιθίη procedens*, de Spiritu Sancto dicitur.

ՀԱՅԱՆԱ Ա. Ը Verbum illud Deum, ՈՐԴԻ Ա. Տ Filiū Dei, ծնեալ և ըսկսեալ ծորէ genitum & initium habentem à Patre; ita semper Armena Ecclesia compellat ac veneratur Secundam SS. Trinitatis Personam, & quidem ՀԱՅԻ ածինն Բաննորին և Օհնունդ ՚ի վերքան զբան. Կերպարան՝ և Շառագայթ Հօր Խութեանն Կեարագիր, կնիք կենդանի, իմաստութիւն, և օրութիւն, ամ ՄԱԾավայել ական կոչմանցն Հօր Էապէս ոճող. որպէս նոյնագոյ բնութի, Ա. Տ. Ա. ՆԵՂ յԱՆԵՂԵ, անժամանակ յանժամանակականէ, կեանք ՚ի կենաց, լոս ՚ի լուսոյ. Unigenitum illud Verbum ejus, & Generationem supra omne verbum, Formam ac splendorem Patris, Essentiae illius characterem, sigillum vivum, sapientiam & potentiam, omnia Deum decentia attributa Patris essentialiter habentem: Videlicet eum, qui est օμէցուս natura, Deus à Deo, non factus à non facto, sine tempore, ab eo qui est sine tempore, vita à vita, lux à luce Greg. Nariek. Quae verba adhuc clarius exponit Nierse

Cla-

Clajensis, in Confessione pro Ecclesiis Haicanis : **¶** զս  
 Արդե՛ Ելաց Հօրէ, և հուր Վ՛ Ճութեանն Որդւոյ ՚ ի հըյ  
 Վ՛ Ճութեն Հօր յառաջեկեալ ծնընդեամբ . ոչեն այլ և  
 այլ, այլ մի, և նոյն բընութք : Խսկ օրինակ անօրինակ  
 ծնընդեանն Որդւոյ ոչ այլինչեւ, բաց որ ՚ ի մեղ մասցո  
 ծնունդ զբան . թէպէտ և ոչ ամիւ համեմատի ճշմար-  
 տութեն օրինակս : Ա որց և Բ ան ասի՞ , յաղագս  
 անապական գոլով ծնընդեանն . խսկ Որդի՛, զի ՚ ի Հօր  
 բնութք . և ոչօտար ՚ ինըմաննէ, կամարարած՝ և հայ-  
 Տոյութեն Վ րիոսի : Lux Filius , inquit Patriarcha ,  
 à luce Patre, & ignis Deitatis Filii ab igne Deita-  
 tis Patris procedens generatione: non sunt aliud & ali-  
 ud, sed unum & idem natura. Verum illud Genera-  
 tionis Filii exemplum sine exemplo, nihil aliud est,  
 quam in nostra mente est generatio verbi, licet neque  
 hoc exemplum per omnia veritati sit conveniens. Pro-  
 pterea Verbum dicitur, quia incorruptibilis est genera-  
 tio: at Filius dicitur, quia ex Patris natura: neque  
 peregrinus ab ea est, neque creatura, juxta Arii blas-  
 phemiam.

Et mox addit: Եւ հնար իմանալոյ զանիմանալին՝  
 ոչ այլինչ է, բայց հաւատալ ասացելոցն ՚ ի Գ իրս Սըս . և  
 ոչ Եքնաւթք զանքնսելին արկնել, որք անհաս մասց  
 ասացին զ Վ ճային Ծ ընունդն անձառ բանից: Modus  
 autem intelligendi imperceptibilem illam Generationem  
 non alius est, quam credere dictis illis in Literis sa-  
 cris, (& non scrutinio subjicere imperscrutabile illud,)  
 quae menti impenetrabilem dixerunt Divinam Gene-  
 rationem illam, & Verbis ineffabilem.

Ὡς ἡτοι γένεται οὐκέπιστερον, νεque μινο-  
τερν &c.) Ὡς ἡρ οὐρανοῦ ἡγεμόνη, γεράθιαν οὐκέτι εἰ νιμίν  
Περτέρη, καὶ οὐδὲ περί, αὐτὸν ἡγεμόνην ἡγεμόνην,  
ἡτοι τοιαύτην παντούνταν ἡγεμονίαν, οὐδὲν οὐκέτι,  
μηδὲ Περτέρη εἰ οὐρανοῦ μετανομαστορ. Non erat ali-  
quando Pater, quando non erat Filius & Spiritus San-  
ctus, sed sicuti Pater semper Pater, & non postea ac-  
quisivit nomen Paternitatis, similiter & Filius semper  
Filius, cum Patre suo sempiternus, Nierfes Lampro-  
nenfis.

¶ **Սորբին** *Sanctum Spiritum.*) Specimen Gematriae Armeni subtiliores hic nobis offerunt circa vocem **Հոգի**, quae propriè *Animam* significat, ut **Ուրի** *Spiritum*. Volunt tamen illam cum **Տ** scribi, quando de Spiritu Sancto, tertia Trinitatis Persona, sermo est:  
1. Ut aequali literarum numero in voce **Հոգի** *Spiritus*, ac in **Հայր** *Pater* & **Որդի** *Filius*, Personarum aequalitas indicetur. 2. Ut ter quatuor literae, ex tribus trium Personarum Divinarum nominibus collectae, duodenarium literarum ipsius Vocis **Երրորդութիւն** *Trinitas* significant. **Հոգին** **Ուրի** **Հոգի** **Ա.Յ.**, **անմեկ-**  
**նելի** 'ի **Հօրէ**', և **յ'Որդւս**, **մի** **էութի**, **մի** **բնութի** **յ'Երիս** **Բնձնաւորութիս** **իմանի**, *Spiritus Sanctus semper est Spiritus Dei, inseparabilis à Patre & Filio, una essentia, una natura, in tribus Personalitatibus inteligitur*, Nierse Lampronensis.

**Անել**, անժամանակ, *non factum, tempori non sub-  
jectum*, omnia attributa essentialia aequaliter haben-  
tem, "ըինչ Տօրէ", և զԱրդւց ասացաւ *quae de Pa-  
tre*



processionem Spiritus Sancti à Patre & Filio non obscurè insinuat idem Episcopus Nariekensis , Soliloquiorum Cap. 75. ( Ορθοδόξων μέρη εντη δορυφορική , φαντασίαν την αγίαν , Laudamus cum Patre & Filio indivisibilem Processionem ILLORUM. Adidunt, quod à Patre procedens Spiritus Sanctus à Filio accipiat , uti videre est in Hymno Pentecostali Scharrak. p. 393.

Προσκυνούμενος ορθοδόξων  
Προσκυνούμενος ορθοδόξων  
Processio Patris imperscrutabiliter  
Accipiens à Filio ineffabiliter.

Porrò ejusdem essentiae & gloriae cum Patre & Filio eundem Sanctum Spiritum affirmat Confessio baptizandi, dicens eum: Ιωάννης ορθοδόξων προσκυνούμενος την αγίαν στολήν την απόστολον και φαντασίαν την αγίαν , idem natura , cum ὁμοεστίοις omnium istorum aequaliter particeps , quae de Patre & Filio dicta sunt. Sic in Libro precum Cap. 34. Προσκυνούμενος θεοντοτήτων και ορθοδόξων προσκυνούμενος ορθοδόξων και φαντασίαν την αγίαν , Be-nedicimus semper & gratias agimus cum Filio & Patre etiam Spiritui essentiae EORUM. Nierces Patriarcha in Confessione pro Haicanis scripta : Σημεῖον εργασίαν από την ορθοδόξων φαντασίαν προσκυνούμενος ορθοδόξων , Τοῦ ιωάννου προσκυνούμενος ορθοδόξων , Spiritus Sanctus processio à Patre

*tre, Σύνδοξος Filio, est Deus perfectus, sicuti Pater & Filius. His adstipulatur Archiepiscopus Uskan Erivanensis, sub initium admonitionis annexae editioni Bibliorum: benedicendo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, εὐλογηθήνογειούθεντες procedenti ex ILLORUM essentia. Quibus omnibus, ex ore Moyensis Chorenensis, in Festo Pentecostes succinit Ecclesia: Ήρ ανθρωπίνων λαβητε και στέκετε και αναψιωπετε ζωγράφοντες, ανθρυπετεναρεώρ εγγενούμενον της Σορτ, και ζωματογενακής προτελευτής μητρός της, οργάνωτε εμφανετη ιεράς θαρρην περηγού. Qui non-cognoscibilis es essentia, & ineffabilis, O Spiritus vere, processio à Patre sine initio, & Consustancialis Filio Unigenito, benedicimus tibi, O Deus Patrum nostrorum. Et post pauca; Ήρ απωλεφτεγωρ της Σορτ, ζωγράφοντες, ανθρυπετεναρεώρ εποιητενακηγενην, ζωματογενακής προτελευτής μητρός της, απωλεφτεγωρ της προτελευτής. Qui missus es à Patre, Spiritus increate, & Consustancialis, intercessione oeconomica tui coessentialis, ut sis Consolator sanctorum Apostolorum, rogamus te, esto misericors. Lib. Hymn. p. 395.*

*Nihil majus aut minus in adoranda Trinitate conspiratur, sed in communi essentia par, aequale & unum, praeter Personalitatum illarum proprietates, & quod ex illis sequitur. Personalitates illae sunt: Gignere Patris, gigni Filii, & procedere Spiritus Sancti. In iis, quae communem naturam spectant, unus est Deus & aequalis natura, Deitate, unitus, potentia, magnitudine, gloria, honore, creatione, providentia, & aliis.*

Մեկամք սնա վոլունտա. ) մի կամ երից անձնաւորութեցն, և մի զօրութի, և մի արարչութի. Հայր կամեցաւ ստեղծանել զերեւելի և զաներեսով արարածս, և որդի գոյացըց յանդոյից, և հոգին ու զարդարեաց իմաստութե. Una Voluntas est trium Personalitatum & una potentia, & una creatio. Pater voluit creare visibles & invisibles creature, Filius existere fecit eas ex non existentibus, & Spiritus Sanctus adornavit eas sapientia, Niersees Clajensis.

Hanc Armenicarum Ecclesiarum de Deo Uno ac Trino Confessionem idem Niersees in Libro Hisus Uerdi nominatim opponit Ario, Carm. Rhythm. pag. 242. Sabellio, pag. 243. & Tritheitis, ibidem.

Հաւատամք յեկեղեցի ու credimus in Ecclesiam Sanctam.) Alia hic phrasí utuntur Symboli Autores, quam in antecedentibus. Dixerant: Հաւատամք կհայրն Ի՞ն credimus Patrem Deum, զբանն Ի՞ն Verbum illud Deum, & զՀոգի ու Սpiritum Sanctum; Nunc vero յեկեղեցի ու IN Ecclesiam Sanctam; cùm Հաւատամք հայր Ի՞ն credere in Patrem Deum, ՚ի բանն Ի՞ն

*in Verbum illud Deum, & hoc secundum in Spiritum Sanctum, existentia praesupposita, fiduciam in SS. Trinitate ponendam; juxtaq[ue] verò existentiam Ecclesiae credendam, significare videatur.*

Unde recte quidem, quoad priora, in Symbolo Ni-  
caeno dicitur: Χωτισματικού μητρός τοῦ Ιερουσαλήμ credo in u-  
num Deum, in Patrem, καὶ τὸν Στέφανον Θυτόν. Et in unum  
Dominum Iesum Christum, καὶ τὸν Πνεύμαντον & in San-  
ctum Spiritum: attamen hoc loco eodem tenore per-  
git, Χωτισματικού μητρός θαυμάτων περιστα-  
τησαντα κανταριών επιβεβαίωσις credimus in unam solam universalem  
& Apostolicam Ecclesiam, εἰς μιαν νεθολικὴν πατρὸν Αποστολικὴν  
Βασιλείαν. Nimirum Ἱερεῖς τε καὶ θυγατέρες seu Ecclesia significat  
mysticum illud corpus fidelium tam beate defunctorum,  
quam in hac vita superstitionis, cum Capite Christo: quae  
Sancta dicitur, quoniam sanguine Christi à peccatis  
est mundata, & ex sanctis constat Capite ac mem-  
bris: quae & sacrorum omnium communionem ha-  
bet. Hoc sensu Ecclesia vocatur Ρωμαϊκή civi-  
tas Dei, Σανδωρική αναψυχακανά, j'ορούμδα πλησίων  
αρραβονίας templum incorruptile, in quo ortus  
est sol iustitiae, λαμπρότερη στέφανος υπερούμδας erectum al-  
tare sanctitatis, & j'ορούμδα ερεβίστηλα προσκύνα  
in quo fons perennis profluit, ποτίζοντα αψινέστιν. καὶ δοκούμων προσκύνα  
μάνιαν προσκύνη, πρεσβυταριών προσκύνη, προσκύνη  
αρραβονίας, καὶ μερισματική προσκύνη locus, refugii, coetus  
gregis rationalis, habitaculum Angelorum, portus  
Iustorum, & peccatorum expiatorium, Lib. Hymnor. in  
festo Ecclesiae, pag. 452. scilicet Item Ιωάννου οὐρανού μέρη

*ուն Universalis mater sancta. Կյսու ուն և հարսն երկնաւոր  
փեսային virgo sancta, & sponsa coelestis sponsi, վերինն  
Ազրուսաղեմ superior Hierosolyma, Առ Ոիսոն ունա  
Տիոն, գասակցեալ անմարմինց հոգեղինաց coordinata in-  
corporeis Spiritibus ibid. & pag. 147.*

*Հիմունքիւն մեղաց remissionem peccatorum. ) in  
Symbolo Nicaeno legitur: 'ի քաջութիւն և 'ի  
Եռողութիւն in expiationem & remissionem: illa à  
poena, haec à culpa liberat; utraque primariò  
quidem à Christo & ab eo praestita humani generis  
expiatione deducitur, sed secundariò à mediis, eum in  
finem institutis. Media vero ista sunt: Մկրտութիւն  
Baptismus, Վախսարութիւն Poenitentia, Հաւասա  
des, Խոստովանութիւն Confessio, Վրձակումն Քահանա-  
յական Absolutio sacerdotalis, Պատարագ Oblatio, sa-  
crificium Missae, Հաղորդութիւն Eucharistia, Վանայի  
բարի գործը Վապիսեաց Omnia bona opera Piorum,  
Վզօթք Preces, Աղորմութիւն Eleemosynae, &c. Ipsis  
SS. Trinitatis Personis apud se invicem; & Sanctis  
mutuo apud Deum intercedentibus, uti abunde patet  
ex Libro Hymnorum, Horologio, & Missali Armeno-  
rum. Sed de his alibi, Deo volente, prolixius agemus  
ex professo.*

*Հաղորդութիւն Արբոց communionem Sanctorum. )  
Communio Sanctorum Armenis duplex intelligitur:  
una, membrorum Ecclesiae cum Capite Christo unio;  
altera vero, mutua membrorum ἐπιχορηγία, in bonis  
Ecclesiae communibus impetrandis, perfruendis, con-  
servandis. Hymn. de Festo Ecclesiae, pag. 452. ff.  
զՈՒԻՆ*

զՈՂինն յ'երից իջեալ *Unum ex tribus descendisse.*)  
 ՈՒինն 'ի յ'երից այսոցիկ անքանից անձնաւորութեց՝  
 ծնեալն 'ի Հօրէ անժամանակ նախքան զ յանիտեանս,  
 էակից և փառակից Հոգւոյն, կամաւ և հաճութեք հա-  
 մաքնիցն խոնորհի յանձառ փառացն, և յ'անբաւ բարձ-  
 րութեն 'ի խոնդիր եղծեալ և ապականեալ իւրաստեղծ  
 պատկերին. ոչ զբնաւոր զօրութեն ամենակարօղ իշխա-  
 նութեն արկեալ 'ի կիր, այլ զամենահնար բազմապատիկ  
 իմաստութիւնն . աւետեօք հրեշտակապետին ընակի  
 յարդանտի՝ Հոգւով մաքրեցելոյ ամէներջանիկ և փա-  
 ռաւորեալ կուսին Մարիամու; *Unus ex tribus hisce*  
*immensis Personalitatibus, qui genitus est à Patre, si-*  
*ne tempore, ante secula, coëssentialis & conglorius*  
*Spiritui illi, voluntate & beneplacito eorum qui ejus-  
 dem naturae sunt, humiliat se ex ineffabili gloria, &*  
*immensa altitudine, ad requisitionem deformatae & cor-  
 ruptae imaginis, à se creatae: non naturali potentia*  
*omnipotentis potestatis usus, sed παντομηχάνω & multi-  
 faria sapientia: annunciatione Archangeli inhabitat*  
*uterum, Spiritu purificatum, felicissimae & gloriosae*  
*Virginis Mariae, Greg. Narek. Qui in Veteri Testa-  
 mento apparuit Patriarchis և նոյն ինքն Բանն Ա.Յ.*  
*որ արար զմարդն 'իպատկերիւր, և երեւեաւ նմա յետ*  
*յանցաւորութեն, և նամ արդարոցն առաջնոց, Ա.ցի և*  
*Աբրահամու, և Իսահակայ, և Յակոբայ, Ոսկեսի, և*  
*Ահարոնի, և Յեսուայ, և այլոց Մարդարէիցն, և խօ-  
 սեցաւ ընդ նոսա, 'ի ժամանակս վերջինս աւետեօք հրեշ-  
 տակապետին Գաբրիէլի էջ յ'որովայն կուսին Մարի-  
 ամու, *Unus ille, & idem illud verbum Dei, qui fe-  
 cit hominem ad imaginem sui, & apparuit ei post trans-**

gressionem illam, & omnibus justis illis primis, Noachio, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Moysi, Aharoni, Josuae, & aliis Prophetis, & locutus est cum eis, ultimis temporibus annunciatione Archangeli Gabrielis descendit in uterum Virginis Mariae, Nierseis Clajensis.

օրէ աճմամբ զարգանայ, որպէս զի խափանեսցի այսոք-  
իւկ' առ աջք կարծելն զմարդեղութի, և ծնանի որպէս  
մարդ՝ Ած մարդացեալ, զկուտութի Ծնողին անա-  
պական պահելով, juxta nostrum concipere sic fuit unio-  
nis modus in utero Virginis, dum commoratus est in eo  
novem mensum tempus, additis quinque diebus juxta  
primogenituram: & ille qui poterat uno momento esse  
perfectus, de die in diem crescit; nimirum, ut abole-  
atur ista opinio, eum սար ծՓալմծն tantum fuisse hominem  
factum: & nascitur ut homo, Deus caro factus, vir-  
ginitate Genitricis incorrupta servata, Niersl. Lam-  
pronensis.

Եւ եղել Պատուածն կատարեալ մարդ կատարեալ  
& factus est Deus perfectus homo perfectus.) Con-  
stans est haec Armenicae Ecclesiae doctrina: Christum  
Salvatorem esse Θεονθρωπον Deum perfectum ac hominem  
perfectum. Et cum inde ab ortu Eutychianaæ haere-  
sios accerrima semper, maximè in Oriente, circa haec  
verba controversia agitata sit, ut eo fortius Armeni se  
Heterodoxis opponant, Confessioni publicae inferue-  
runt sequentia:

Հոգով և մոր և մարմով.) Christum hominem  
docentes subsistere spiritu, mente & corpore, i. e.  
omnibus partibus essentialibus, hominem constituen-  
tibus, Հմարտապէս և ոչ կարծեօք verè & non phan-  
taстice. Sive enim Հոգի spiritus & մոր mens ut Syn-  
onyma considerentur, quae se invicem explicit; si-  
ve Հոգի spiritum tam increatum, quam creatum si-  
gnificans, pro anima, seu nobiliore hominis parte, ac-  
ci-

cipiatur, *միոք* verò pro *animo*, *intellectu*, vel *conscientia*, uti Rom. 2: 15. iis ընդ մարմնոյ սա cum corpore asseritur կատարեալ և ճշմարիտ մարդ perfectus atque verus homo. Nam, զիոչ մասամբ էր ասպականեալ մելոք մարդկութիւն՝ այլ բոլորովին հոգւով մարմնով և մոռք. վասն այնորիկ զեղուրս զգեցաւ Բանն և միաւորեաց յինքն, quia non ex parte corrupta erat humana natura nostra, sed tota, spiritus cum corpore & mente: ideo totum nostrum induit Verbum illud, & adunxit secum, Greg. Narek. Haec contra Apolinarium Monothelitam ab Armenis teneri, discimus ex Libro Hifus Uerdi p. 253.

Եւ ոչ մարմին անմշտաբ	ար.
Որպէս ասացն Ապօղենն	ար:
Ու է անհոգի իրը՝ ի բա	գին:
Բնակեաց Ած Բանն՝ ի մար	մին:
Արդ յայսպիսեաց փախչիմք՝ ի	բաց.
Իբր՝ ի բարբեից Թունաւոր	աց.

*Neque corpus est sine mente,  
Prout dixit Apolinarius;  
Quod sine anima, tanquam in statua,  
Habitaverit Deus Verbum in corpore.  
Cum talia fugiamus,  
Tanquam aspides venenatos.*

*Ո՞ւ անձն մի գեմ, սա է persona, unus adspectus.)*  
μία ὑπόστασις, ἐν πρώτων. Nestorio & Nestorianis haec  
op-

opposita esse testatur Nierseus Patriarcha, in Epistola responsoria ad Alexium: Վասնորոյ ոչ ը ՚Նեստորի ՚ի  
յերկուս բնութիւն՝ և յերկուս դէմն բաժանեմք զմին  
ՔՌ, propterea, dicit, non juxta Nestorium in duas  
naturas, & in duas personas dividimus unum Chri-  
stum. Siquidem, uti idem Clajensis ex Gregorio Na-  
zianzeno docet, Ծէ ՚չ այլոք և այլմի լիցի, զի մի խառ-  
նելովն ոչ ալիս առ ալիս, սէ ԱՆՈՒ; arctissi-  
ma conjunctione illa: & mox ex eodem Theologo sub-  
jungit, Ծէ կրկին էր՝ յայտ ՚ Ծէ բնութք՝ և ոչ անձ-  
նահորութք, si duplex est Christus, patet, quod natu-  
râ, & non personalitate. Sic duas non tantum διπληνη  
generationes, seu nativitates, unam à Patre ab aeter-  
no, alteram in plenitudine temporis è S. Virgine fa-  
ctam, agnoscent Armeni; sed & utramque fatentur  
բնութիւն naturam, quando de alterutra *in abstracto*,  
sermo est; dum illum, qui est ՚ի բնութք Տօր ex na-  
tura Patris, etiam *humanam naturam* habere credunt.  
Hinc Nierseus:

Որ ըդ բնութիւնը մարդկայ	ին
Յուցանելով ՚ի գեշեր	ին
Տագնապեցար դու յերկիւղ	ին:

*Qui naturam tuam humanam  
Ostendisti illa nocte, qua  
Valde angebaris timore, His. Uerdi p. 168.*

Quando verò de *Persona Filii Dei* atque hominis  
*in concreto* agitur, eam, propter arctissimam unio-

M m nem,

nem, *unam* habere *naturam* constanter affirmant. Hinc statim adjicitur in Confessione:

Վիանորեալ մի բնութե՛ք unitus est, Filius Dei incarnatus una natura.) Omnium controversiarum Graecos inter & Armenos à multis Seculis agitatarum summa fuit circa haec verba; quae proinde occasionem dederunt, ab una parte, tot calumnias evomendi, quot ab altera apologias scribendi, ita ut exacerbati utriusque partis animi nec dum videantur esse mitigati. Causa litis ac phrasios omnino petenda est ab ipsius Nestorii haeresi, quam ut eo fortius impugnaret Cyrus Alexandrinus, πάτερ dixit τῇ λόγῳ σεσαρινθέντος Φύσιν. Hujus, ceu Orthodoxi Patris, verba Armeni adoptantes, Ուբնութիւն ասեն բանին մարմնաժելց սամ dicunt naturam Verbi incarnati, Niersf. Claj. Eutycē vero etiam Deitatem & humanitatem Christi πάτερνη φύσιν statuente, ista quoque verba: մի բնութե՛ք una natura, adeo dubiae atque suspectae significationis esse coepere, ut Armeni plurimis pro hoc Confessionis suae articulo apologiis, ad ipsos etiam Graecorum Imperatores scriptis, fidem suam ab adversae partis criminationibus liberare debuerint. Ex quibus nunc genuinam Ecclesiae Armenae sententiam expromturi, notamus:

I. Unam dici Armenis naturam Verbi incarnati, ex unione indivisibili, in oppositione ad Nestorii haeresin, uti scribit Nieres Clajensis ad Emmanuelem: Patres Orthodoxi զանբաժանելի միանորութե՛ք երկուց բնութեցն, Այս մարդոյ առեալ ըդէմեդին կեստորի, և որոց չնմա բաժանողացն որբ երկուս բնութիւն

թիւնս ասացին՝ բայց բաժանեալս, և ոչ միաւ ըրեալ' ի վերայ միոյ Վ. Ի. Խակ զառ' ի Եստորէ բաժանումն' ի բայ եղին՝ որպէս զորոմն դառնութե, *indivisibilem unionem duarum naturarum illarum Dei & hominis statuentes, opposuerunt Nestorio, & iis, qui cum eo fuerunt, divisoribus, duas naturas dicentibus, sed divisas, & non unitas in uno Christo: quam Nestorii divisionem removerunt zizaniae amaritudinis instar.* Et mox addit  
 Ազալեմք և զայնոսիկ, որք' ի յերկուս բնութիս բաժանեն զմլ. Ք. Տն ը Եստորի. այլ ասելով զլ. և այլ զմարդն. զմարդն չարչարելի՝ և մեռեալ, և զլ. ծն անչարչարելի, և անմահ. և ոչ միաւ ըրութե տանզերկաքանչիւրսն զչարչանսն՝ և զանչարչարութե, զմահն՝ և զանմահութիւնն: *Anathematizamus etiam illos, qui in duas naturas dividunt unum Christum juxta Nestorium, & alium dicunt Deum, alium hominem; hominem illum crucifixum & mortuum; Deum verò illum incruciablem, & immortalem: neque unioni tribuunt utramque, passionem & impassibilitatem; mortem & immortalitatem.*

Hinc & objectiones Nestorianorum discutit idem Patriarcha Clajensis ex Cyrilli Alexandrini epistola secunda ad Succensum, in responsoria ad Manuelem ita scribens: *Ուր Շգէմ գառնային անացելցն ի նմանէ բանից այնց. թէ միէ բնութի հանին մարմնացելց, զի թէ յերկուց բնութեց (ասեն) ժողովեցաւ Դմմանուել, և ի միաւ ըրութե միքնութի երեխ. հետեւի ամ իրօք պարտ գոլ ասելզնա չարչարելի յ' իւրն բնութե: Որոց առնէ պատասխանի՝ յետ յոլովից բանից և զայս ևս. թէ զին հարկի բարչարելի ի յեւրն բնութե, թէ և ասի յետ*  
*M m 2* միա-

միաւորութե միբնութե՞ Որդւոյն մարմնացելը . քանզի  
թէ ոչ էր՝ ի բանս Ծնօրէնութե բնաւորեալ կրելզար-  
չարանս՝ ուղղակի ասէին զյս , թէ հարկ էր ամ իրօք  
Շանին բնութե ընդունիլզարանս : Եւ դրձ լասէ ,  
ասեն հակառակորդքն՝ զի թէ մի է բնութե՞ Շանին  
մարմնացելը . հարկ է տմիասել շփոթումն ընդունիլ և  
խառնկումն որպէս ծախելոյ մարդկայնոյն բնութե՞ ի  
նմա , և անգիտացան դարձեալ որք զուղիղն թիւրեն ,  
եթէ ըստ Ճշմարտութե միբնութիւն Շանին մարմնա-  
ցելը . Եւ յետասկաւուցասէ , ոչ միայն իվերայ պարզիցն  
ըստ բնութե ասի մին Ճշմարտասիշ , այլ ի վերայ այսո-  
ցիկ՝ որք ըստ շարադրութեանցն են ժողովեալք : *Fis* ,  
qui dictis ab ipso verbis : una est Verbi incarnati na-  
tura , objiciebant : dum ex duabus naturis compositum  
dicunt Emmanuel , ut in unione una natura appa-  
reat ; sequitur omnino dicendum esse eum cruciabilem  
esse in sua natura : respondet Cyrilus post plura a-  
lia etiam hoc : *Quid necesse est dicere cruciabilem in*  
*sua natura , quamquam dicatur post unionem una natu-*  
*ra Filii illius incarnati ; si non in negotio oeconomiae*  
*oportuisset pati passiones , recte dicerent hoc , quod ne-*  
*cesse sit naturam Verbi illius recipere cruciatus . Et ite-*  
*rum dicit , dicunt adversarii : quod si una est natura*  
*Verbi incarnati , necesse est fateri , confusionem fieri &*  
*misionem quasi consumtae humanae naturae in illam Di-*  
*vinam ; sed ignorant iterum recta depravantes veritatem*  
*naturae Verbi incarnati . Nam , dicit , post pauca :*  
*Non solum de simplicibus secundum naturam dicitur*  
*verè unum , sed & de illis , quae in compositionem*  
*sunt collecta .*

II. Armenos Charybdim Nestorianae haeresios vi-  
tando, non, uti vulgo creditum fuit, in oppositam  
ei Scyllam Eutychianae incidisse: Sed hanc adeo soli-  
cite declinasse Haicanarum Ecclesiarum Gubernato-  
res, ut eos in hac offendisse nemo prudens obser-  
vaverit. Expressè enim Nieres Lampronensis: Πε-  
ιπτει μερινούσιαν μαρτυρίους εργάζεται, την ουσίαν  
και την φύσιν έχειν χριστιανός προφέτης και θεος εν ουσίᾳ λαλεῖ  
πολλούς, αյλούσας ανθρώποις μήτε οριστέτε έτερονεγκόν ή μή ανδι-  
νείσης οριστέτε την, και η διατάξη την, non dicimus de verbo in-  
carnato unam naturam, proprietatem essentiarum con-  
fundendo, quemadmodum & illi hoc putant, sed juxta  
ineffabilem unionem duarum ilarum in unam personali-  
tatem & Deitatem ( Personam Divinam ), in Ora-  
tione habita in Concilio Tarsensi, Anno aerae Arme-  
norum DCXLIV. Christi, MCXCV. Addit: Γενερά  
μητρούσιαν ή Ρωμαίαν, η χριστιανότηταν και την φύσιν  
την ιερή Γραφήν την Αλεξανδρινήν επέβαλε την ουσίαν  
εργάζεται την φύσιν την Αλεξανδρινήν μαρτυρίους εργάζεται, οὐδε την Αλεξανδρινήν:  
την Αλεξανδρινήν ιητετε η Θεοντικήν αυτούς και οριστετε φύσιν την φύσιν: Di-  
cimus unam naturam in Christo, non confusione juxta  
Eutychem, sed juxta Cyrillum Alexandrinum contra  
Nestorium, quod una sit natura Verbi incarnati, prout  
& Patres dixerunt, & Patres citat, Athanasium, &  
qui ante eum, ibid. Sic Clajensis Patriarcha ad Imper.  
Manuelem: Ιητετε η Θεοντικήν αυτούς και η Αλεξανδρινήν  
την ουσίαν ή μητρούσιαν θαλασσινό μερινούσιαν φύσιν μαρτυρίους και αγιού-  
σιαν ουσίαν, neque juxta Eutychem & sequaces ejus duas  
in unam naturam colligimus confusione & alteratione.  
Et paulo post, in eadem Apologia: Γενερά  
μητρούσιαν

III. Hunc demum esse genuinum istorum verborum *μεταπέβησιν*, seu *unionis Christi in una natura* sensum, quem perspicue profert modo citatus Patriarcha,

cha , dicens: Ή JL οὐκέτι ημεῖς τούτοις εἰσάγομεν· Καὶ οὐδὲν  
πρώτην οὐρανὸν δύνεται γνωσθεῖν φαντασίαν φαντασίαν γενέσθεταιναν,  
αντιτελεσθεῖν αναγνωρισθεῖν, αναπληρωθεῖν, αναπληρωθεῖν, ή αποφεύγεσθαι  
θεοῦ πρώτην θεοῦ πρώτην, ή πρώτην, καὶ μηδεποτε γενέτην θεοῦ πρώτην  
γενέτην πρώτην αναγνωρισθεῖν, καὶ αναγνωρισθεῖν μηδεποτε πρώτην.  
τούτης αντιτελεσθεῖν πρώτην γενέτην, τούτην αντιτελεσθεῖν  
μηδεποτε πρώτην πρώτην, καὶ αναγνωρισθεῖν, γενέτην. Sed  
nos ita credimus, quod Deus ille Verbum, qui à Pa-  
tre genitus ante omnia secula; invisibilis, incrucia-  
bilis, immortalis ille assumserit nostram naturam è Vir-  
gine, & univerit cum sua divina natura, inconfusa &  
indivisibili unione: quod invisibilis ille secundum Dei-  
tatem factus sit visibilis secundam humanam naturam  
nostram, & impalpabilis ille palpabilis, in ead. apo-  
logia ad Imperatorem Graecorum Manuelem. Simili-  
lia occurunt in Lib. Hisus Uerdi p. 254. Ubi in-  
super sententia Ecclesiae illustratur Simili, defumto ab  
unione mentis nostrae cum corpore, his verbis:

Եւդաւանիմըքմիութ	իւն.
Ոչայլայլելայնուզքնութ	իւն.
ՌյալնցինԱրտէն՝որ՚ի Հո	ըէ.
Եղել Արդի առ՚ի Վ	ըէ.
Եւմիասեմքբնութիւնայս	ու.
Բստիառընման անձառել	եղ.
Որպէսհոգի՛ւմեր մար	մին.
Դմիքնութիւնը ժողո	մին.
Օիթէսոքաեն արար	աճ.

Եւ միանան անսպյլայլ ած.  
 Դ յանմարմոց և 'ի մար մոյ.  
 Անգիտաբար դու միայ ած: i. e.

*Et confitemur unitatem,  
 Non alterando hoc ipso naturam.  
 Sed idem Filius, qui est à Patre,  
 Factus est homo ex Matre.  
 Et unam dicimus naturam hoc modo:  
 Juxta conjunctionem ineffabilem.  
 Sicuti anima & corpus nostrum  
 In unam naturam conjunguntur.  
 Licet ista sint creatura,  
 Una tamen fuit natura humana sine mutatione.  
 Ex immateriali & materiali  
 Incomprehensibiliter una facta est.*

IV. Argutari Armenos, si non una dicenda sit Verbi incarnati natura propter unionem ineffabilem, omnino sequi, nec duas tantum, sed tres statuendas esse in Dei atque hominis Filio naturas, propter earundem distinctionem inconfundibilem Patriarcha Clajensis, in Libr. Hisus Uerdi p. 255. h. m.

Օ ի որք երկուս բնութիւնս ա սեն.  
 Եւ 'ի յերկեակըս բաժա նեն.  
 Հարկէ երիս դու բաժա նել.

Եւ

Եւ կամ՝ իմի միանո	ըել.
Այս է հոգի և ՚ի մար	մին.
Եւ ՚ի բնութիւնն ԱՌայ	ին.
Եւ կամ զիառնումըն մարդկայ	նոյն.
Ասել հըզօր քան զ Աստու	ծոյն : i. e.

*Nam qui duas naturas dicunt,  
Et in duas distinguunt:  
Vel in unam unire,  
Vel in tres distinguere oportet.  
Hoc est, in animam & corpus,  
Et in naturam divinam:  
Vel etiam conjunctionem duarum in homine  
Dicere validiorem illa Dei.*

Idem dicit Nierse Lampronensis in Oratione superius citata: Այսպէս և ՚ի Քն թէսկէտև միասի բնութիւն, ոչ շփոթման աղաքաւ են ասացեալք, այլ վ՛ո անձառ միաւորութեն երկուց բնութեանցն ընդմիւնանս, զի եթէ այսնոս ոչ էր հարկ՝ ապա ոչ երկու բնութիւնայն, այլ երիս բնութիւն իմանաւ Ք. Ե. երկուս զմարդկայինս, հոգի և մարմին, և մի զ ԱՌայինն: Քայլ յետ միաւորութեանն բարձան երկուութիւք բաժանմանցն, և Արբոց վարդապէտացն ասացելոց: Similiter & in Christo, licet etiam una dicatur natura, non Confusionis ergo assertur, sed propter ineffabilem unionem duarum naturarum ad se invicem: quandoquidem, si ita non oportebat loqui, tunc non duae tantum, sed tres naturae in

*Christo intelligendae sunt; duae humanae, anima & corpus, & una divina: sed post unionem ablata est dualitas divisionis, juxta sanctorum Doctorum sententiam.*

